





B V L L A E
S V M M O R V M
P O N T I F I C V M,

Q V A E A D H A N C N O S T R A M
Minimorum familiam, sub vexillo Sancti Francisci
de Paula militantem, de facto pertinent,
& de iure pertinere possunt.

P E R R. P. F. G A S P A R E M
Passarellum à Monopoli, eiusdem familie
minimum professorem, in vnum
collectæ.



V E N E T I I S,

M D X C V I.

PROHEMIUM.



VNC in animo est, (fratres, & patres carissimi) constitutiones, & declarationes quasdam Apostolicas magnopere pertinentes, & spectantes ad nostram Minimitanam familiam. Quas fideliter collegi, nostris institutionibus inferere. Quæ nisi infererentur, lectoris studium possent retardare. Quod feci, pro consolatione totius nostræ Minimitanæ familiæ.



2

BULLA R. PATRIS
FRATRIS FRANCISCI BINET,
OLIM SACRI ORDINIS
MINIMORVM CORRECTORIS
Generalis.

Ad cunctas eiusdem Ordinis prouincias demandata, cum tenore literarum Reueren. D. Card. Senogallien. in primo capitulo eiusdem Ordinis Romæ celebrato, auctoritate Apostolica præfidentis, super declaratione decem dubiorum Regulæ, & Correctorij eadem auctoritate decisorum, atq; declaratorum, ad instantiam patrum præfatum Capitulum celebrantium.

Ad perpetuam rei memoriam.



VNIVERSIS, & singulis Ordinis Minimorū patribus, ac fratribus nunc, & pro tempore existentibus, ac alijs quibuscunque ad quos spectare potest, Frater Frācisus Binet prædicti Ordinis Minimorum humilis, & indignus Generalis seruus, humilē in Domino salutem: vobis ac vestrū cuilibet præfentiū tenore significamus, qualiter vidimus, legimus, tenuimus, & diligenter inspeximus nonnullas Reuerend. in Christo patris, ac Reueren. Card. Senogal. nostri prædicti Ordinis aucto. Apostolica tunc degentis literas super certis dicti Ordinis nostri Regulæ declarationibus, per eundem Reuer. D. Card. auct. Apostolica factis, & declaratis in toto nostro prædicto Ordine de cætero vbiq; obseruandis, pro vt idem Reuer. D. à sanctis. D. N. Iulio diuina prouidentia Papa II. & moderno, viuz vocis oraculo se impetrasse asseruit, in hunc, qui sequitur modū. MARCVS diuina miseratione tituli S. Mariæ Transiberim S. Romanæ Ecclesiæ presbyter Card. Senogal. vulgariter nuncupatus, & in cap. Gener. fratrum Minimorum in alma vrbe apud S. Trinitatem, de

R. P. Binet approbat literas. Reuerendiss. Card. Senogal. quibus aucto. Aposto. declaratur decem dubia Regulæ, & Correctorij.

mandato

T. eor. literarum Card.

Marcus Cardin.

mandato S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papæ II. celebrato, ad prælatorū eiusdē Ordinis institutionē, & Regulæ, ac Correctorij declarationē cōmissarius ab eodem S. D. N. Papa viuz vocis oraculo specialiter deputatus, ac per eosdē fratres capitulariter congregatos acceptatus, vniuersis, ac singulis eiusdē Ordinis Minimorū nunc, & pro tēpore existentibus fratribus, ac alijs quibuscūq; ad quos spectat, salutē in Dño sempiternā. Vobis, ac vestrū cuiilibet tenore præsentū significamus, qualiter de mādato eiusdem S. D. N. nobis, quibus Ordinis Minimorū hmōi Regulæ, & Correctorij per eundem S. D. N. viuz vocis oraculo examinatio, & declaratio cōmissæ fuerunt simili viuz vocis oraculo nuper factō declarauimus, prout etiam præsentium tenore declaramus.

Prima clausula.

De cantu.

Quod Regulæ, & Correctorij huiusmodi clausula de nō cantando in officijs diuinis iuxta formam in ea expressam per totum Ordinem Minimorum debet vniuniformiter obseruari, pro vt nobis, & viuz vocis oraculo expressè declarauit, & declarari mandauit præfatus S. D. N.

Secunda clausula.

*De elemosinis
quomodo repetē-
dis in iudicio.*

Similiter super debitorū, seu relictarū elemosinarū repetitione aucto. Apostolica declaramus, q̄ non fuit intētionis Regulæ conditoris, vt fratres Ordinis hmōi elemosinas ipsas omnino non repeterent, sed q̄ illas nō repeterent in iudicio, & cū contētionē, ita q̄ fratres ipsi ēt personaliter. religiosè, amicabiliter, ac fraternè: & sine contentione elemosinas ipsas repeterere possint non aut̄ iudicialiter, & cōtētionē illas in iudicio repetant, cū ēt religiosi, qui spiritui, & cōtēplationi vacare debēt prohibitū sit, negotijs sęcularib. se immiscere, & iudicialiter agere, & ideo fratres ipsi p̄ se ipsos in iudicio minimè cōparere valebūt, sed bene per procuratores sęculares, prout eis ex declaratione in privilegiorū eiusdē Ord. quinternione sup̄ hoc facta expressè pmissum est.

Tertia clausula.

*De loc. infirmar.
v. a.*

Declaramus etiam, quod vbi in dictæ Reg. Minimorum sexto cap. expressè dicitur, quod ægroti ad infirmariam exteriorē primitus deducantur, intelligi debet de conuentibus completis, & in quibus habetur talis infirmaria. Et ideo decernimus, ac præsentium tenore mandamus, quod vbi adhuc nō esset constructa

fructa talis infirmaria, studeatur construi, & haberi, quàm citius fieri poterit. Interim verò ne patiantur infirmi, ponantur in aliqua mansione in conuentu ipso existente ab alijs tamen officinis magis sequestrata, prout commodius id fieri poterit, & quòd potius ab edificatione aliorum mēbrorum domorum Ordinis huiusmodi (excepto dormitorio) cessetur, quàm à constructione, seu edificatione infirmariæ huiusmodi.

Quarta clausula.

Insuper circa infirmorum gubernationem, & prouisionem *De prouisione in infirmorum.* eadem autoritate declaramus, quòd ubi fratres huiusmodi, omni possibili diligentia adhibita studuerint, procuratores, vel deuotos suos in defectu oblatorum habere, qui infirmis prouideant & illos si taliter habere non potuerint, ne infirmi ipsi interrim debita cura careant, licitè possint fratres personaliter illis infirmis obsequi, ipsisque de sibi necessarijs cibis de superioris licētia debite prouidere. Et quòd fratres ipsi ad infirmorum curam deputati, duntaxat ipsis infirmis deseruire habeant.

Quinta clausula.

Vlterius eadem autoritate declaramus, quòd dum in nono *De electione officialium conuentus.* cap. Regulæ, & correctorij Ordinis huiusmodi, circa officialium conuentuum electionem dicitur, quòd per superiores prælatos in eorum uisitatione aliquando fieri debeat, intelligi debeat clausula huiusmodi de capituli localis consensu.

Sexta clausula.

Præterea simili autoritate declaramus, quòd dum in eodem *De correctoribus extra conuentum excomibus.* nono regulæ, & correctorij cap. dicitur quòd correctores locales extra conuentum exire non ualebunt, nisi de capituli scētia, debet hoc intelligi, prout plenius in ipso correctorio cōtinetur, quòd prædicti correctores propter hoc non semper locale capitulum specialiter celebrare habeant, sed satis sit, quòd ipsi coram fratribus suis, siue ante, siue post diuinum officium in Ecclesia, siue ante cibum, siue sumpto in refectorio debite cōgregatis exitus sui causam proponant, & ita de eorundem fratrum scētia, & seniorum assensu domos exire poterunt pro causis in prædictis regula, & correctorio plenius specificatis.

Capituli præses

Septima clausula.

De statutis condendis.

EAdem etiã authoritate declaramus, quòd verba in decimo capitulo prædictæ regulæ de non condendis statutis posita, intelligi debeant relatiuè ad immediatè antedicta, videlicet, ad statuta contra regulam huiusmodi in toto, vel in parte veniẽtia, seu ab huiusmodi deuiantia.

Octaua clausula.

De emptione, & venditione.

Simili authoritate declaramus, quòd vbicunque in eisdem regu. & correctorio agitur de non emendo, vel vendendo, intelligi debet, quòd ipsi fratres, neq; sol, ineq; proprio nomine, præterquam in itinere, defectu oblatoꝝ, vel deuotoꝝ pro quotidiano victu vendere, vel emere possint: sed benè per eorũ procuratoꝝ, ac deuotos, & oblatos nomine domoꝝ Ordinis. Ita tamen quòd fratres ipsi dum hæc fient ad consensum, vel dissensum super huiusmodi exhibendum, non ad mercandum, vel ad contradandum præsentẽ esse poterunt.

Nona clausula.

De superflui distributione.

Insuper eadem authoritate declaramus, quòd vbicunque tam in dicto correctorio, quàm alibi agitur de superflui distributione, & erogatione hoc intelligi debeat ciuilitè, videlicet salua semper prouisione per annum pro infirmis, & fratrum indumẽtis ac aliis necessitatibus, & præsertim pro fabrica perficienda.

Decima clausula.

De violentia.

Tandem eadem authoritate declaramus, quòd vbi in eodem correctorio agitur de violentia puniẽda, intelligi debeat de violentia conuetudinaria, & affectata.

Teo. cap. Generale postulat. Non est inuicem. Et aliter.

Quas quidem declarationes, & modificationes, de maturo totius Generalis capituli, & præfatorum fratrum Minimorum consilio, deliberatione, & consensu exposulatas, & admicti, & approbari petitas. Admissimus, & Apost. auctoritate nobis viuæ vocis oraculo super hoc facto, commissa, modo præfato approbauimus, & per præsentẽs de nouo approbamus, & cõfirmamus, illasq; singulas iuxta earum formam, ac tenorem obseruari, ac eis in toto Ordine Minimorum huiusmodi stari, præfata author. Apost. expressè mandamus, nec non vt super illis per prædicti

Et aliter. Et aliter. Et aliter.

Capituli præses.

4

prædicti Ordinis generalem, seu de eius mandato fieri possint trāsumpta, quibus taliter factis, & eiusdem generalis manu propria subsignatis, suiq̄ue officij sigillo debite sigillatis, vbiq̄; in iudicio, & extra fides plenaria adhibeatur præsentium tenore plenam cōcedimus facultatem. In cuius rei fidem, & testimonium, præsentem literas manu propria subscripsimus, ac per secretariū nostrum subsignatum, subscribi & signari, magniq̄; nostri sigilli iussimus, ac fecimus appensione communiri. Datum Romæ in domibus nostræ solitæ habitationis, die vero 15. Mensis Februarij sub Anno à Natiuitate Domini 1508. Pontificatus prædicti Sanctissimī D. N. Papæ, Anno quinto.

M. Cardinalis Senog. manu propria.

Ioannes Baptista Carbonus secretarius de mandato dicti Reuerendissimī D.

Post quarum quidem literarum visionem ac diligentem inspectionem per nos vt, decet, factas, illas iustas & honestas fore reperimus. Idcirco ad nonnullorum eiusdem Ordinis Minorum fratrum instantiam, literas ipsas præ insertas, in quantum nobis ex officio competit, laudauimus approbauimus, & confirmauimus, ac per præsentem iterum, & de nouo laudamus, approbamus, & confirmamus, illasq̄ue iuxta earum formam & tenorē à vobis singulis præinsertis fratribus nostris per vniuersum Ordinem nostrum fideliter teneri, & obseruari volumus, & mandamus. In quorum omnium, & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentem literas taliter fieri mandauimus, ac manuali signo, & sigillo nostris, easdem communiri volumus.

Datum in præsentī conuentu nostro Sancti Francisci de Paula, die 29. mensis Maij, Anni Dominicæ Incarnationis 1508. more Romano computando.

R.P. Generalis ordinis potest facere fidem de prædictis.

Approbatio R.P. Binet.

Binet.



BREVE S. D. IVLII
PAPAE SECUNDI,
DIRECTVM R. P. FRANCISCO
Binet, olim Ordinis Generali,

Super confirmatione Regulæ, & declarationis dubio-
rum eius; per Cardinalem Senogallien. autoritate
Apostolica declaratorum ad instantiam patrum, pri-
mum Cap. Religionis Romæ celebrantium: necnon
super prohibitione Cantus; & ingressu Mulierum in
Monasteria eiusdem Ordinis.



VLIVS Papa Secundus, Dilecte fili, Sa-
lutem, & Apostolicam benedictionem.
Licet anno superiori Generale Capitulum
Ordinis fratrum Minim. in alma Vrbe no-
stra de mandato nostro celebratum fue-
rit, illique autoritate nostra præfuerit di-
lectus filius noster Marcus tituli Sanctæ
Mariæ Transtiberim presbyter Cardinalis
Senogallen. ac electio de te in generalem Correctorem dicti Or-
dinis inibi canonicè facta, nec non omnia, & singula per genera-
lis capituli, Ordinis huiusmodi fideles, ac pios Zelatores, iuxta
eiusdem Ordinis primi patris & institutoris Francisci de Paula,
piam, & vltimam voluntatem, seu iuxta tenorem eiusdem regu-
læ per nos approbatæ, & confirmatæ, ibidem deliberata, accepta,
& conclusa, ac per eundem Cardinalem author. nostra huius-
modi declarata, & authenticata, tam super Cantus inhibitione,
quàm super alijs punctis, & articulis super Regula prædicta inibi
etiam rite notatis, & articulatis, per nos prædicto Marco Cardi-
nali singulari huiusmodi, nonnulla vtique declaratione digna, no-
bis fideliter referente, approbata, & confirmata fuerunt. Quia ta-
men nuper fide dignorum relatione percepimus, aliquos ex fra-
tribus dicti Ordinis, præsertim in Italiæ partibus degentibus, tam
super cantus huiusmodi prohibitione, quàm mulierum intra con-
uentum septa ingressus inhibitione, & vigilum deputacione, ac
huiusmodi prædictæ reg. moderationem petere, ac in dubium re-
uocare, an nostræ mentis extiterit cõfirmare regulam huiusmo-
di, per

di, per ipsum institutorē vltimo reformatam, seu in melius emē-
 datam, dum prohibet diuinum officium cum notulis decantari,
 & mulieres aliter, quā in Regula huiusmodi permittitur, con-
 uentuum septa ingredi, permittatq; vigiles deputari, aut etiam si
 super ijs, ac alijs singulis in dicta Regn. contentis, per prædictum
 Marcum Card. plenissimè fuerimus, & simus informati, Nos qui
 Regulæ, & Ordinis huiusmodi zelatores sumus, & ad quos spe-
 ctat ambiguitates singulas, præsertim cum de mente nostra, & de
 resultantibus, nostris ex literis dubitationibus quibuscunq; qua-
 ritur, declarare, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc
 oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera nostra scientia, & deli-
 beratione, vniuersis, & singulis præsentis literas inspecturis notū
 facimus, quòd Regulam Ordinis Mini. huiusmodi vltimo loco
 de mandato vltimi institutoris reformatam, seu in melius emen-
 datam, et quo ad prohibitionem recitationis diuinorum officio-
 rum, tam diurnorū, quā nocturnorū, & quarūcunq; missarū,
 et defunctorū, cū cātu aliquo, et Gregoriano, necnō aliās, quā in
 prædicta Reg. permittitur, ingressus mulierū intra conuentuū
 Ordinis hmōi septa, vigiliūq; deputationē, & hmōi, iuxta Re-
 gulæ prædictæ tenorē, approbauimus, & confirmauimus: ac pro
 potiori cautela de nouo approbamus, & cōfirmamus. Et proinde
 vniuersis, & singulis Ordinis Mini. hmōi nunc, & pro tempore
 vbilibet existentibus fratribus, præsentīū tenore districtius inhi-
 bemus, nè in aliqua ecclesia cuiuscunq; domus dicti Ord. tam ci-
 tra, quā vltra mōtes, & vbicunq; nunc, & pro tpe existentibus,
 diuina eorū officia, tā diurna, quā nocturna, & tā festiua, quā m-
 ferialia; missas aliquas tā defunctorū, quā alias, et in sollēnibus
 festis, neq; Gregoriano, neq; aliquo quouis cantu, cū notulis cā-
 rare; nec aliquas mulieres aliter, quā in dicta Reg. permittitur,
 Ord. Mini. hmōi conuentuū septa ingredi vllatenus præsumant.
 Et nè pro prædictis, aut alijs quibuscunq; prædictæ Reg. punctis,
 seu articulis, ad nos, seu sedē Apostol. imposterū recurrere sit ne-
 cessarium, illis et, vt diuina eorū officia, tā diuina, quā noctur-
 na, singulasq; missas, et defunctorum, & in festis sollēnibus, tā in
 choro, quā in altari, iuxta prædictæ Reg. tenorē, plana dū taxat,
 & intelligibili voce, ac sine notulis quibuscunq; cantu vtiq; re-
 ctissimo tanquā eorū minimo nomini, suq; vitę quadragesima-
 li apto, & conueniēti, simpliciter recitare debeant. Mulieres ve-
 rò aliter quam vt prædicta Reg. permittitur, Ordinis hmōi, con-
 uentuum septa ingredi nullatenus permittant. Vigiles aut iuxta
 tenorem dictæ Reg. per nos (vt præfertur) approbatæ, & confir-
 matæ, à cunctisq; fratribus huiusmodi, nunc, & pro tempore vbi-
 libet existentibus, & agentibus de mandato nostro, perpetuis

*Declaratio Papæ
Iulij II.*

Prohibitio cātus.

*Modus cantus
Azuimorum.*

*Prohibitio ingre-
sus mulierum.*

*Præcipitur regu-
lam acceptari.*

Julius Secundus .

futuris temporibus, in virtute Spiritus sancti recipiendæ, & acceptandæ sibi pro tempore deputatos, seu deputandos, ea qua decet reuerentia, recipere habeant, mandamus, atque iniungimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque quoque, ac consuetudinibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & confirmatis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris.
Die 20. Decembris, 1508. Pontificatus nostri Anno sexto.



BVLLA R. PATRIS
FRATRIS FRANCISCI BINET,
OLIM SACRI ORDINIS
MINIMORVM CORRECTORIS
Generalis.

Ad vniuersas eiusdem Ordinis Prouincias demandata,
cum tenore literarum Reuerendiss. D. Cardin. Bernardi
Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyteri
Cardin. præfati Ordinis Protectoris super approba-
tione tonsuræ, seu coronæ clericalis. Nec non super
certa professionis forma per eiusdem Ordinis tercia-
rios suo tempore emittendi iuxta determinationem
S. D. Iulij Papæ II. viuæ vocis oraculo præfato Re-
uerend. Card. factam.

Ad perpetuam rei memoriam.



FRATER Franciscus Binet Ordinis Mini-
morum humilis, & indignus Generalis ser-
uus. Vniuersis, ac singulis eiusdem Ordinis,
nunc, & pro tempore existētibus fratribus,
in clericalem statum assumptis, seu pro tem-
pore assumendis, eundem Ordinem expres-
sè pro tēpore professis, & aliàs cæteris qui-
buscunque eiusdem Ordinis, habitum etiã
pro tempore gerentibus in sacris ordinatis, & alijs quibuslibet, ad
quos spectat, humilem in humili Iesu salutem. Vobis, ac vestru
cuilibet præsentium tenore significamus, qualiter vidimus, legi-
mus, tenuimus, ac diligenter inspeximus nonnullas Reuerendis-
simi in Christo patris, ac Domini Card. Sanctæ Crucis, eiusdem
Ordinis protectoris literas, eiusdem Reuerendissimi D. Cardin.
manu propria subscriptas, cū ipsius magni sigilli appensione de-
bitè communitas, super vniiformi tonsura à vobis singulis prano-
minatis clericis prædictum Ordinem professis, vel aliàs in sacris

*R. P. Binet appro-
bat literas Reuer.
Card. quibus ac-
clarat S. D. Iulij
II. approbasse co-
ronam clericale
iuxta tenorē ex-
pressum in regu-
la Minimorum,
nec non certam
professionis for-
mam à singulis
eiusdem Ordinis
terciarijs suo ten-
pore emittendi.*

Bernardinus Cardin.

ordinatis vniformiter gerenda, nec non super certa professionis forma per eiuſdē Ordinis Minimorum tertiarios, seu tertij Ordinis eiuſdem fratres, & ſorores ſuo tempore emittēdi, iuxta determinationem per D. N. Papam Iulium modernum prædiſto Reuerendiſ. D. Card. ſuper hoc viuæ vocis oraculo iam dudum factam, prout in præſatis eiuſdem Reuerend. D. Card. literis plenius continetur. Tenor verò prædiſtarum literarum, de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

*Tenor literarum
Caret. talis eſt.*

BERNARDINVS miſeratione diuina Tituli S. Crucis in Hieruſalem. S. R. E. presbyter Card. Patriarcha Hieroſolimitan. Ordinis Minimorum protector. vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam: vniuerſitati veſtræ notum facimus, qualiter cum iſtantia pro parte nobis dilecti in Chriſto Franciſci de Paula inſtitutoris, ac Generalis Correctoris Ordinis Minimorum requiſiti. S. D. N. Iulio II. qui nuper Ordinis Minimorum huiuſmodi, fratrum, & ſororū, & vtriuſque ſexus fidelium Regulas per eundem Franciſcum reformatas, ſuper aliquibus in melius emendatas, ac per nos, quibus eiuſdem Ordinis Minimorum protectoris officium per ſedē Apoſtolicam commiſſum extitit, de prædiſti S. D. N. commiſſione diligenter viſas, & examinatas, ac priuilegia eis alias conceſſa confirmauit, & approbavit, Supplicauimus quatenus inſcripſas inſtitutiones per prædiſtum Franciſcum editas, videlicet; quòd omnes, ac ſinguli Ordinis Minimorum huiuſmodi, fratres præſentes, & futuri dictum Ordinem pro tempore expreſſè profeſſi, ac iuxta ipſis Ordinis, Regulæ tenorem, ad ſtatum clericalem aſſumpti, nec non alij quicunque eiuſdem Ordinis, in ſacris ordinati, mediocres eorum tonſuras, ſeu Coronas, iuxta formam per eundem Franciſcum ordinatam, & præſentibus annotatam.

*Supplicatio pro
approbatione tonſuræ clericalis.*






Qui omnes, ac singulæ tertij Ordinis Min. huiusmodi, vtriusq; sexus personæ sub prædicta Reg. & Ordine perpetuò militare cupientes, reuoluto suæ probationis anno, professionem iuxta formam per nos de mandato prædicti. S. D. N. Super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, diligenter emādatam, ac etiam præsentibus annotatam quæ sequitur, & est talis.

Supplicatio pro approbatione forme professionis tertij ordinis.

Forma professionis tertij Ordinis vtriusque sexus.

Ego N. promitto Deo omnipotenti, totiq; curiæ cælesti, & tibi patri mores meos, ac vitam meā in melius emendare, & Ordinis Minim. vtriusq; sexus fideiū Regulæ, & per S. D. N. Iuliū Papā II. cōfirmatæ, salutifera præcepta pro posse obseruare, & fratri Frācisco de Paula, suisq; successoribus in eiusdem Ordinis Minimorum generalibus Correctoribus pro tempore existentibus obedire, necnō prædictæ Reg. salubribus cōsilijs, ac monitis me cōformare, & prædicti Ordinis honorem, & vtilitatē fideliter procurare, emittere tenerentur, confirmare, & approbare de benignitate Apostolica dignaretur. Tandem à Sanctitate sua viuæ



vitæ vocis oraculo, institutionū, & ordinationū huiusmodi, tanquā quæ per nos iustæ, & honestæ, ac Religioni Cōsonæ repertæ sunt, cōfirmationē, & approbationē, ac ēt vniuersis, & singulis diēti Ordinis fratribus pro tēpore existētibus Ordinē ipsum expresse professis, & ad statū clericalē, vt præfertur, assūptis, ac alijs quibuscūq; eiusdē Ordinis in sacris ordinatis, vt iuxta præinsertā tōsuræ, seu Coronæ formā, mediocres eorū tōsuras deferre. Secūdi verò Ordinis Mini. hmōi, sororibus, vt mutatis dūtaxat mutādis, eiusdē Ordinis fratribus traditā professionis formulam. Tertio autē Ordinis Mini. huiusmodi vtriusq; sexus personis nunc, & pro tēpore existentibus, vt præinsertā professionis formā in suæ professionis emissionē tenere, & obseruare deberēt, mandari; ac trāsumptis earundē præsentīū manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati, vel alterius in dignitate ecclesiastica cōstituti munitis, eadē prorsus fidē in iudicio, & extra illud, quæ ipsis originalibus literis exhiberetur, si originaliter exhiberētur, adhiberi debere obtinuimus. In quorū omnīū, & singulorū fidē, & testimoniū, præsentē literas fieri, ēt per infra scriptū secretarium subscribi, nostriq; sigilli iussimus, ac fecimus appēssione cōmuni. Datū & actū Romæ, in domibus nostrę solitę habitationis, sub Anno à natiuitate Domini. 1507. Die verò 18. mēsis Aprilis Pōtificatus prædicti. S. D. N. Domini Iulij Papæ II. anno Quarto. V. Cardinalis S. Crucis. De mandato prædicti Reuerendiss. Domini mei Card. Ioānes de Burgo secretarius, quibus omnibus, & singulis tanquam per nos diligenter visis, & debitē factis, decretum nostrū duximus interponendū, & interposuimus, prout interponimus præsentīū per tenorē. Volentes, & autoritate nostra discernentes, quod præsentī nostro trāsumpto de cætero in antea vbique locorum stetur, illiq; à fratribus prædicti nostri Ordinis, nūc ex pro tēpore existētibus, talis, & tanta detur, & habeatur fides, qualis, & quāta dictis præinsertis literis originalibus, & cum præsentī trāsumpto auctulatis & collationatis daretur & exhibetur. si in medio exhibitæ essent, & ostensæ. In quorū omnīū, & singulorū testimonium, & robur, præsentē literas fieri mādaui-
mus, manuali quoq; signo, ac sigillo nostri debitē cōmuniri curauimus: literas ipsas præinsertas iuxta earum formam, & tenorē ab omnibus, & singulis eiusdem nostri Ordinis Minim. nunc, & pro tempore existentibus fratribus professis, ad clericorum statum assumptis, seu assumendis, vel alijs in sacris ordinatis, autoritate nostra prædicta teneri, & obseruari mandantes.

Datum & actum Romæ in conuentu nostro Sanctæ Trinitatis, in monte Pincis eiusdē Ordinis, sub anno ab incarnat. Domini 1508. die verò 4. mēsis Februarij.

Biner.

BVL.

B V L L A I O A N N I S DOMINICI EPISCOPI THERDON.

& Comitis, & pro Domino Card. S. Cru-
cis, Ordinis Minim. protectore, vicef-
gerentis, & præſidentis Romę in
quarto Cap. Gen. dicti Or-
dinis celebrato,


Super declaratione eorum, quæ præfatus Card. author.
Apoſtolica in eodem Capitulo propoſuit, ſtatuit, &
ordinauit ſuper acceptatione confirmationis Regulę,
& Correctorij, poſt eorum emendationem. De qui-
bus fit mentio in Cap. 2. Romę, num. 8.



IOANNES Dominicus Czaius, Iuris
Vtriuſque Doct̄or, Dei, & Apoſtolica Se-
dis gratia Epicoſopus Therdon. & Comes.
Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas in-
ſpecturis, lecturis, viſuris, & legi audituris
ſalutem in Domino; & præſentibus fidem
indubiam adhibere, vniuerſitati veſtrę no-
tum facimus, qualiter nobis præſentibus,
necnon pro Reuerendiſ. Domino Cardinali Sanctę Crucis,
Ordinis fratrum Minimo. protectore viceſgerentibus, ac præſi-
dentibus Romę in quarto Cap. Gener. dicti Ordinis beati Fran-
ciſci de Paula, apud domum Sanctiſſimę Trinitatis eiuſdem Or-
dinis celebrato. Anno Domini, Milleſimo, Quingenteſimo
decimo Septimo, Die verò 22. menſis Maij, ad eccleſiam ſan-
ctę Trinitatis huiuſmodi acceſſit prædictus Reuerendiſ. in
Chriſto pater, & Dominus, Dominus Bernardinus Caruaczal
Epicoſopus Sabin. Cardinalis ſanctę Crucis, Patriarcha Hieroſo-
limitan. Et ibidem primum audita miſſa, acceſſit ad locum de-
putatum pro dicti quarti Generalis Cap. eorundem fratrum ce-
lebratione, & inibi incipiendo à diuinis, dictis orationibus ſoli-
tis, propoſuit cauſam aduentus ſui, vt ſcilicet, videret, & conſola-
retur eoſdem patres & rogaret, vt ipſi inſtanter bonę directioni
Ordinis ſui, & regulę, ac correctorio per bonę memorię Iuſu

Acceſſus Card.

*Exortatio ad ſer-
uandam. r. 7.
& Correct.*



ſecun-

Episcopus Therdonensis.

secundum approbatis intenderent. Et ut deinceps super eisdem patris eorum fundatoris Regula, atque Correctorio huiusmodi per sanctam Sedem Apostolicam sub dicto Iulio II. confirmatis, nulla inter eos in futurum esset discordia; sed sicut bonos decebat filios obediētiæ, vniuniformiter Regulam, & Correctorium huiusmodi omnes in perpetuum acceptarent, & fideliter obseruaret; Ita quod ipsi Regulæ in aliquo nō derogeretur, sed semper (vt iacet) illibata permaneat. Dicitur verò Correctorium, quod prædictus beatus pater eiusdem Ordinis institutor edidit, & prædictus se. re. Iulius Papa secundus confirmauit, primitus si quidem per bonæ memo. Cardinalem Senogallien. seu eiusdem literarū vigore, in primo eiusdem Ordinis generali Cap. Romæ similiter per eundem authori. Apostolica celebrato, in quinque duntaxat articulis; tandem verò in hoc quarto gen. Cap. in viginti quinque articulis: primo si quidem per dictum Reuerendiss. Dominum protectorem visis, & deinde per Reuerendissimum etiam Dominum Cardinalem Sanctorum Quatuor Coronatorum, eiusdem Ordinis protectorem reuisis, & per eosdem iustus repertis, & similiter per eorum quemlibet, & post modum per prædictū. S. D. N. pro totius Ordinis vniuersali pace, & consolatione vnanimiter admissis, nec non per rotum Gener. Cap. huiusmodi, tandem vniuniformiter acceptatis, author. Apostolica modificatum, & emendatum, præactæ regulæ maneat annexum. Ita quod regulæ, & Correctorio huiusmodi, per sequentia generalia cap. quæcunque, nullo modo derogari possit. Sic etiam quod iuxta dicti beati patris institutoris vltimam voluntatem, cui semper standū erit, vnica sit ipsorum fratrum Regula, cū vnico eius Correctorio huiusmodi, & similiter eiusdem Ordinis sororum sit vnica regula, ac pariformiter Ordinis huiusmodi, vtriusque sexus terciariorum vnica sit Regula; prout idem beatus pater institutor vltimò statuit, & ordinauit, & Apostolica sedes sub prædicto Iulio Papa secundo approbauit, & confirmauit.

Insuper etiam nobis presentibus, eadem author. Apostolica ibidem statuit, & ordinauit præactus Reuerendissimus Dominus protector, quod de cæterò per quæcunque sequentia generalia cap. de Regula, & Correctorio huiusmodi, nil penitus emendari, aut subtrahi possit. In dictis tamen sequentibus gen. cap. de communi totius generalis cap. pro tempore celebrandi, aut saltē duarum eiusdem capituli partium cōsensu ad decorem, & quietem Ordinis licitè poterunt fieri aliqua noua statuta & ordinationes, & quæ non sint cōtra Regulam, & Correctorium huiusmodi. Quæ quidem taliter statuta & ordinata, vsque ad aliud pro tempore immediatè sequens Generale cap. durare, & stare debeant,

Supra reg. 52.

Supra in Bulla præfati Card.

Contra regulam & correct. nihil potest statui.

Correctorium illibatum debet permanere, & statui. a quo modo potest fieri.
Supra corre. 58.

beant, quæ etiam nisi in aliquo sequenti generali cap. reuocentur, firma semper remaneant: in ipsis etenim generalibus Cap & non alibi per patres inibi pro tempore capitulares reuocari, aut moderari poterunt statuta huiusmodi. Talis autem natura aliquando esse possent præacta statuta, quod ipsa ob eorum utilitatem, & grauitatem, Apostolicam cõfirmationem obtinere mererentur, & deberent, & tunc iuxta dictorum respectiue capitulorum Gen. determinationem similiter illibata permaneant statuta huiusmodi.

Statuta generalia quandiu durant.


Secundum illa potest iudicari.

Tandem verò nobis similiter præsentibus, per dictum Reuerendissimum Dominum protectorem, eadem author. Aposto. inibi cõclusum exitit, ac diffinitum, quod vltierus in quibuscunque sequentibus generalibus cap. huiusmodi contra regulam, & Correctorium huiusmodi nullatenus recalcitrare, sed de cætero & in antea iuxta regulam & Correctorium huiusmodi, cæteraque dictorum respectiue generalium Cap. statuta maximè, provideque diffiniantur singuli pro tempore emergentes casus. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum, præsentibus literas exinde fieri, & per notarium publicum infra scriptum subscribi & publicari mandauimus: Sigilliq; nostri iussimus, & fecimus appensione communiri.

Secundum statuta Correctorij & capitulorum generalium debent omnia diffiniri.

Datum, & actum Romæ, in domo habitationis nostræ. Sub anno à natiuitate domini, millesimo, quingentesimo, decimo septimo. Indictione quinta. Die verò vigesima octaua mensis Iunij. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Leonis, diuina prouid. Papæ decimi, anno quinto. Præsentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Iacobo Rossero clerico, Christophoro Preuido Laico. Lunæ. & Terdon. diocesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Et ego Nicolaus Remigij de Ulmis, clericus Terdon. diocesis, magister in actibus publicis, Apostolica, & Imperiali authoritate Notarius, quia præmissis omnibus, & singulis, vnà cū prænominatis testibus præsens fui. Ideò hoc præsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, subscripsi, & publicauimus, signoque, & nomine meis solitis & consuetis, vnà cum prædicti Reuerendi patris Domini Ioannis Dominici Episcopi, sigilli appensione signauimus: in fidem, & testimonium præmissorum rogatus, & requisitus.



BVLLA LAURENTII
MISERATIONE DIVINA,
TITVLI SANCTORVM QVATVOR
S. R. E. Presbyteri Card. ac maioris peniten-
tarij, & Ordinis Minim. olim
Protectoris,

Super edendis tartucis, de quibus fuit dubitatum à pa-
 tribus, tertium Cap. Religionis Tholofæ primò ce-
 lebrantibus; vt in eiusdem Capituli actis fit men-
 tio: num. 32.



NOS Laurentius miseratione diuina Tituli
 Sanctorum Quatuor Coronatorum San-
 ctæ Rom. Eccle. presbyter Cardin. ac mai-
 or penitentiarius, & Ordinis Minim. pro-
 tector. Vniuersis, & singulis, præsentis liti-
 ras nostras patentes inspecturis, fidem fa-
 cimus, & attestamus, quatenus cum à non-
 nullis nimium curiosis in dubium reuoca-

retur, an fratribus Ordinis Mini. quibus præterquam in infirmi-
 tate constitutis, iuxta Regulam per Sanctum Franciscum de Pau-
 la dicti Ordinis, primum institutorem ordinatam, ac per Sedem
 Apostolicam approbatam, & confirmatam, esus carniû, & ouo-
 rum, ac casei, & aliorum lacticiniorum est prohibitus, testudines
 tartarucas nuncupatas comedere liceret, ac quondam frater Frã-
 ciscus Binet tunc dicti Ordinis generalis, medico iubente, illum
 tartarucarum, seu testudinû cibo vesci, afferensque id sibi, & alijs
 fratribus non licere dicto medico parere, ac fratribus licentiã pro-
 pter conscientie scrupulû dare nollet. bo. me. Bernardinus Cardin-
 alis Sanctæ Crucis, tunc dicti Ordinis protector, eorundem fra-
 trum conscientie serenitati consultum esse cupiens, se. re. A-
 driano Papæ VI. nobis præsentibus, atque instantibus humiliter
 supplicauit, vt sua declaratione, huiusmodi dubium enucleare di-
 gnaretur. Ipseque Adrianus Papa attendentes, fratres Ordinis
 Carthusiensis, quibus carniû eius, etiam infirmitatis tempore
 perpetuò est interdictus, testudinû, seu tartarucarum huiusmo-
 di cibo

*Pater Binet no-
 lebat comedere
 Tartarucas.*

*Definitio Papa
 Adriani.*

Laurentius Card.


10

di cibo quolibet, etiam quadragesimali tempore liberè, & licitè, absque aliquo conscientiaë scrupulo vesci licere, viae vocis oraculo declaravit, ipseque Bernardinus Cardin. eidem generali, vt medico iubenti pareret, ac tartarucas comederet, alijsque fratribus licentiam concederet, in virtute sanctaë obediëntiaë inuisit, atque mandauit, prout etiam nos per praesentes moderno Generali iubemus, atque mandamus. In quorum fidem dictas patentes literas fieri, ac parui sigilli nostri impressione per infra scriptum secretarium nostrum communiri fecimus, manuque nostra propria subscripsimus.

Datum Romae in palatio Apostolico in camera nostrae solitaë resident. Die. 14. Aprilis 1524. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Clemen. diuina prouid. Papae. VI. Anno primo.

Ita est Laurentius Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis, manu propria.

P. Bombasius.



C 2

BVL.

BVLLA REVERENDISS.
DOMINI LAURENTII,

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS
Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum,
ac maioris penitentiarij, nec non Or-
dinis Minim. Protectoris,

Super prohibitione ingressus mulierum in Monasteria
Fratrum; & super declaratione earum, quæ debent
vocari fundatrices iuxta factam per Capitulum Gen.
Tholosæ celebratum declarationem, num. 21.




*Lamentatio fra-
trum Cal. br. a.*

NOS Laurentius miseratione diuina Epi-
scopus Prænesten. S. R. E. Cardinalis Titu-
li Sanctorum Quatuor Coronatorum, ac
maior penitentiarius, nec non Ordinis Mi-
nim. Sancti Francisci de Paula Protector,
salutem. Conquesti sunt nobis prouincia-
lis, & fratres prouinciæ Calabriae Ordinis
Minim. Sancti Francisci de Paula, quòd li-
cet in eorum Regula per summos Pontifices approbata, & con-
firmata, expressè caueatur, quòd nullæ mulieres eorū monaste-
ria, & septa ingredi possint, nec debeant, nisi fuerint dictorū mo-
nasteriorum fundatrices, aut de sanguine Regio procreata: fue-
runt tamen nonnullæ prædictas condiciones non habentes, quæ
solo prætextu, quòd fratres huiusmodi, habent conuentus in eo-
rum, aut maritorum, siue parentum dominio, dicunt se funda-
trices, & curiositate magis, quàm deuotione ductæ, dictos con-
uentus in Ordinis præiudicium, vi, & violentia, etiam contra fra-
trum voluntatem ingressæ sunt, ac in futurum ingredi commi-
nantur. Nos igitur dictam regulam illibatam, & in sui vigore,
tanquam sanctam permanere desiderantes, autoritate S. D. N.
Papæ, nobis in hac parte tãquam dicti Ordinis protectori, & ma-
iori penitentiario expressè commissa, inhibemus sub excom-
municatae sententiæ poena quibus vis, à prædictis fundatricibus,
aut de sanguine regio procreatis mulieribus quacunque autho-
ritate, aut dignitate præfulgeant, ne monasteria, aut septa quic-
cunque

De postulo.

*Hæc nō possunt
ad. nisi a Ro.
Rom. mōra in
Paula. S. D. N.
P. P.*



cunq̄ue fratrum Ordinis, huiusmodi, contra eorum regulā (præsentium publicatione eis prius facta) nisi à Sede Apostolica super licentiam obtinuissent, ingredi præsumāt, aut attentent, alias sciant se excommunicationis sententiam incursum, à qua nullus sine nostra licentia (præterquam in mortis articulo) eas absolueri possit, nisi prouincialis in cuius prouincia hoc facere attentauerint, aut aliquis per eum deputatus, etiam præmissa iniuriæ sibi factæ satisfactione: insuper declaramus iuxta factam per capitulum Generale fratrum huiusmodi expositionem, nullas mulieres debere vocari fundatrices, nisi locum, siue fundum situs monasterij concesserint, aut monasterium proprijs sumptibus fabricari fecerint, siue redditibus ad victum, & vestitum fratrum dotauerint. In quorum omnium fidem, præsentibus nostras, manu propria subscriptas, sigillo nostro communiri iussimus.

*Fundatrices, que
dicuntur, supra c.
Tbol. 21.*

Datum Romæ, in edibus nostræ solitæ residentię, Anno Domini 1527. die 15. mensis Martij. Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis Papæ Septimi, Anno quarto.



BULLA PAULI III. SVPER REVOCATIONE

Quarundam literarum Apost. de quibus fit mentio in primo Capit. Ian. 34. 37. & 38. & super approbatione, & confirmatione actorum Capituli Paulæ, & de ista Bulla fit mentio in actis eiusdem Cap. num. 6.


Paulus III. concedit multa. que morantur per ordinem subsequenter.



Prima supplicatio.

RAVLVVS Papa Tertius. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis Ecclesiam; nec non Religionis puritas, & exemplaris vita, quibus Ordo vester fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, in nostro, & Sedis Apostolicæ, ac totius militantis Ecclesiæ conspectu, hætenus Deo fauente refulsit, promerentur, vt his, quæ prædicti Ordinis, & vestra salubri directione prouidè gesta dicuntur, vt illibata persistant, potissimum cum à nobis petitur Apostolici muniminis præsidium propensius impartiamur, exponi siquidè nobis nuper fecistis, qui alia, vos Generale capitulum in oppido Paulæ Cusentinae diocesis in festo Ascensionis Domini vltimè lapso secundum morem dicti Ordinis, celebrantes, & prouidè attendentes, quòd alias eidem Ordini, ac illius domibus, nonnullæ literæ Apostolicæ super diuersis casibus secundum exigentiã temporum, & ad petitionem fratrum Ordinis huiusmodi, quæ tunc eidem Ordini necessaria videbantur, concessæ fuerant, quarum vtus successu temporis Ordinis huiusmodi, candorem, & veram regularem obseruantiam obnubilare videbantur: Quod licet dudum felicitis recordationis Leo Papa Decimus præcessor noster, quarumvis Religionum fratribus, quantumcunq; priuilegiatis, eorumque superioribus, & prælatis, sub excommunicationis lætæ sententiæ poena, quam contra facientes, eo ipso incurrere voluerat, & à qua nisi ab eo, & Romano Pontifice canonicè intrante, præterquam in mortis articulo conitriti absolui nõ possent, per eius in forma breuis literas firmitè inhibuerat, nè ex tunc aliquos fratres dicti vestri Ordinis, ad eos confugientes, vel venientes præterea quorumcunq; priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum

Secunda supplicatio.




stolicorum eis desuper cōcessorum in eorum domibus, seu conuentibus recipere, aut eis ipsorum habitum concedere, seu exhibere auderent, vel præsumerent. Decernens quascunque receptiones, & habituum exhibitiones factas, & faciendas, nullius existere roboris, vel momenti, nullumque tunc, & pro tempore existēti Generali Correctori dicti Ordinis fratrum Minimorum præiudicium propterea generari potuisse, aut in futurum posse; ipsisque fratribus religiosos, & professores Ordinis fratrum Minimorum huiusmodi pœnes se, aut eorum domibus, locis, & conuentibus tenentibus sub dicta excōmunicationis pœna, modo præmissis incurrenda præceperat, ac in virtute sanctæ obediētiae mandauerat, quatenus fratres per eos receptos huiusmodi, infra spatium nouem dierum, à die intimationis literarum earundem computat. cum eorum priori habitu, Correctori Generali Ordinis fratrum Minimorum huiusmodi, restituere haberent, ac de cætero à simili fratrum Minimorum Ordinis huiusmodi receptione abstinerent; & ad eos accedere volentes, cum omni humilitate, & in spiritu patientiæ, & charitatis, ipsos de indulto, & inhibitione huiusmodi certificantes, ad omnem ipsius Correctoris Generalis, ac illius vicegerentis petitionem restituerent; prout in literis Leonis prædecessoris huiusmodi, plenius continebatur.

Nihilominus nonnulli ex fratribus prædicti Ordinis prætextu literarum, & priuilegiorum, per eos ab ipsa sede multoties subreptitiæ, & obreptitiæ impetratorum, ab ipso Ordine discedere, & cum eorum habitu extra Ordinem ipsum manere, seu ad alios Ordines etiam excogitatis medijs transire, & habitum Ordinum earundem suscipere, ipsorumque Ordinum superiores etiam de literis Leonis huiusmodi, certificati, illos recipere non verebantur, in animarum suarum periculum, & ipsius vestri Ordinis depreiusionem, vos pro dicti vestri Ordinis conseruatione, præmissis occurrere, & opportuna remedia adhibere volentes; quod nobis, & Sedi Apostolicæ pro reuocatione literarum earundem, in quantum ipsius Regulæ candorem, & veram obseruantiam obnubilare, seu illos turbare, aut ex literarum earundem vsu, scandala oriri possent, supplicaretur.

Quodque celebratio prouincialium capitulorum dicti Ordinis, contra Regulæ huiusmodi dispositionem anticipari, vel retardari, & fratres ipsius vestri Ordinis ad iussurgia perpetua se obligare, seu Generalis, vel quicumque alii superiores, aut fratres dicti Ordinis monasteria monialium quorumuis ordinum, etiam pro visitationibus inibi faciendis, nisi iuxta ipsius Regulæ tenorem, ingredi nullatenus possent. Et idem Generalis, postquam

Tertia supplicatio

Quarta supplicatio



Paulus Papa III.

quam iuxta regularia instituta dicti vestri Ordinis, electus foret, officium suum, absque aliqua desuper expectanda confirmatione, ad certum tempus exerceret, & eius officio durante, nullatenus, sed eo cessante, per alium Generalem nouiter electum, & eius collegas visitaretur. Nec non domus Sanctæ Trinitatis de Vrbe dicti Ordinis, eidem Generali, vel ab eo deputato, aut visitatori oculato dicti Ordinis, prout etiam ipse Beatus Franciscus voluerat, immediatè subijceretur; & nonnulla alia tunc expressa statuistis, & ordinastis. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt literas Apostolicas, in quantum ipsius Regulæ candorem, & veram obseruantiam obnubilare, seu illos turbare, aut ex earum vsu scandala oriri possent, reuocare, ac literas Leonis prædecessoris huiusmodi, nec non præmissa omnia, & singula in dicto capitulo, vt præfertur, statuta, decreta, & ordinata approbare, & confirmare, aliasque in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignemur.

Quinta supplicatio.

Sexta supplicatio.

Renocat literas contra regu. concessas.

Confirmat literas Leonis. Confirmat astra Paulina.

Sacris canonibus non contraria.

Mandat, quod oēs teneantur ad obseruantiã actorum Pauli.

Nos itaque ipsius vestri Ordinis felicem successum, sinceris desiderantes affectibus, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, primo dictas literas Apostolicas, Ordini, aut domibus prædictis (vt præfertur) concessas: in quantum ipsius Regulæ candorem, & veram obseruantiam obnubilare, seu illos turbare, aut ex earum vsu scandala oriri possent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium reuocamus, & annullamus, ac pro reuocatis, & annullatis, ac viribus pœnitus vacuis haberi volumus: Nec non literas Leonis prædecessoris huiusmodi, ac præmissa omnia, & singula, ac quæcunque alia per vos in ipso Generali capit. statuta, decreta, & ordinata, quorum tenores præsentibus expressis, ac specificè descriptis, & annotatis haberi volumus: licita tamen, & honesta, & sacris canonibus non contraria, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, illisque perpetuæ firmitatis roboradijicimus; ac vos, & pro tempore existentes Correetorem Generalem, ac superiores, & fratres vestri Ordinis huiusmodi, pro tempore existentes, ad illorum omnium obseruantiam teneri, & obligatos existere: Nec non etiam literas Leonis prædecessoris huiusmodi, iuxta illarum tenorem inuiolabiliter seruari debere decernimus: Supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem: Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non alijs dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Verum, quia difficilè foret præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus de illis fides forsan facienda fuerit, deferri volumus,

Paulus Papa III.

13

mus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quòd præsentium literarum transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, sigilli personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris.
Dic 27. Martij 1536. Pontificatus nostri Anno secundo.

Blofius.



MOTVS PROPRIVS


S. D. N. D. PII PAPAE V.

Quòd ad capitulum Generale Ordinis Minimorum non teneantur accedere collegæ prouincialium, nec duo commissi ipsius prouinciæ; sed tantum prouincialis cum vnico commissio cuiuslibet prouinciæ; & quòd in posterum non celebrentur Capitula prouincialia intermedia, nisi duntaxat per singulos prouinciales cuiuslibet prouinciæ, vna cum diffinitoribus eiusdem prouinciæ capitulariter eligendis in primo anno cuiuslibet triennij.

P I V S P A P A Q V I N T V S,
Ad perpetuam rei memoriam.



SUPER familiam domus Dei (meritis licet imparibus) diuina dispositione constituti ad ea, quæ personarum quarumlibet, præsertim sub Iuani Religionis iugo, & humilitatis spiritu altissimo famulantium dispèdijs occurri possit, opportunis remedijs prouidemus, ac desuper disponimus, & ordinamus, pro vt personarum, & temporum qualitate pensata in Domino conspicimus salubriter expedire. Cùm itaq; sicut accepimus, dilecti filij fratres totius Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula nuncupatorum, iuxta Regulam dicti Ordinis capitulum Generale pro electione ipsius Ordinis Generalis in die festiuitatis Ascen. Domini nostri Iesu Christi de triennio in triennium celebrare consueuerint, & ad capitulū Generale huiusmodi, sex ex qualibet prouincia, videlicet prouincialis cuiuslibet prouinciæ, cum tribus collegis, & duobus cōmissis, ad quos pro tempore existentium dicti Generalis, & collegarū, ac procu-



procuratoris Generalis zelosi nuncupati, electio spectabat, accedere teneantur: Ipsiq; fratres similiter de triennio in triennium prouinciales triennales in singulis prouincijs eligere; dictique prouinciales in singulis prouincijs vna cum dilectis filijs Correctoribus, & commissis monasteriorum, seu domorum singularū prouinciarum pro capitulis prouincialibus, seu intermedijs nuncupatis in qualibet prouincia anno secundo, & tertio dicti triennij celebrādis in festo Sancti Michaelis annis singulis, dicto triennio durante, iuxta ipsam regulam sese congregare, & capitula intermedia huiusmodi celebrare consueuerint: Cumque etiam, sicut nobis innotuit quoties prouinciales, ac collegas, & commissos prefatos ad capitulum Generale huiusmodi accedere contingit, id cum maximo eorum vitæ periculo, his præsertim calamitosi temporibus, & eorum detrimento, maximisque totius prouinciæ sumptibus fiat, & capitula intermedia huiusmodi in quibusdā prouincijs ea præsertim de causâ, seu nulla alia, quàm pro electione quatuor, aut plurium, seu minoris numeri diffinitorū in qualibet prouincia eligendorum faciendâ: per quos diffinitores ferè omnia, quæ in ipsis capitulis intermedijs fiunt, & executioni demandantur, celebrare soleant maximique sumptus propterea subeundi sint, quos dicti fratres maxima paupertate oppressi, sufferre nequeunt; idque etiam non solum in non modicum dicti Ordinis, illiusque monasteriorum, & regularium locorum detrimentum, & iacturam; sed etiam cum quàm plures fratres ipsius Ordinis ad capitula intermedia huiusmodi annis singulis accedentes, & præcipuè in Bethicæ, ac Calabria, alijsque prouincijs, & partibus in magno numero confluentes, eorum monasteria quæ desolata interim relinquere videantur, in diuini cultus diminutionem cedat: & proinde etiam eisdem fratribus ad capitula intermedia, seu prouincialia huiusmodi accedentes non modica vagandi occasio præstatur.

Nos igitur dispendijs, & alijs præmissis opportunè providere, ac dicti Ordinis singulares personas vberiores in vinea Domini fructus indes afferre non cessantes, spiritualibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ipsosque, & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de cæterò perpetuis futuris

*Dispositio.**Absolutio à censuris.**Motus proprius.*

Pius Papa V.

Provincialis cum uno commissorum accedere debet ad cap. generale.

Diffinitores in primo cap. provincialis sunt eligendi.

Capitula intermedia per provinciam, & diffinitores sunt celebranda.

Electio R. P. Generalis ad Provinciale, & commissum cuiuslibet provinciae spectat.

Electio facta per provinciales, & commissum cuiuslibet provinciae canonice sunt.

Efficacia capitulorum inter mediorum.

1^o motus non potest impugari.

temporibus, Provinciale ex qualibet provinciae, vna cum commissio duntaxat, ad quos dicti Generalis, illiusque collegarum, & procuratoris praedictorum electio (vt moris est) duntaxat spectare debeat, prout antea ad sex praedictos spectabat, ad capitulum Generale huiusmodi absque collegis, & commissio praedictis accedere debere? Nec non quatuor, seu plures, aut minoris numeri, prout Provinciali, & Correctoribus, ac commissis capitulum provinciale primi anni pro tempore celebrantibus visum fuerit, in diffinitores etiam triennales de cetero etiam tempore electionis eorundem provincialium eligi debere. Et capitula intermedia huiusmodi, per singulos Provinciales, vna cum diffinitoribus ipsis absque eo, quod Correctores, & commissi praedicti ad capitula intermedia huiusmodi, accedere seu conuocari, debeant, vel teneantur in singulis provinciis dicto die S. Michaelis celebrari posse. Ac ius, & facultatem eligendi Generalem dicti Ordinis, illiusque collegas, & procuratorem praefatos, ad provinciale ex qualibet provincia, vna cum commissio duntaxat pro vt antea ad sex praedictos spectabat, spectare; ipsosque Provinciales, & commissum absque alijs collegis, etiam commissis praedictis duntaxat ex qualibet provincia ad capitulum Generale huiusmodi accedere. Ius vero, & facultatem celebrandi capitula intermedia huiusmodi, etiam ad singulos Provinciales duntaxat in qualibet provincia, vna cum diffinitoribus praedictis absque eo, quod dicti Correctores, & commissi eisdem capitulis interesse, aut ad illa conuocari debeant, spectare, & pertinere. Et insuper tam Generalis, suorumque collegarum, ac procuratoris, quam diffinitorum praedictorum electiones per provinciale cuiuslibet provinciae, & commissum, ac provinciales praedictos respectiue pro tempore factas, validas, & efficaces, ac canonicè factas fore, & esse; suosque plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia perinde, ac si Generalis, & collegarum, ac procuratoris praedictorum electio per sex supra dictos facta fuisset. Diffinitorum vero electiones huiusmodi in dictis capitulis intermediis faciendis, vt praefertur. Omniaque & singula capitula intermedia huiusmodi per singulos Provinciales, & diffinitores praefatos duntaxat in qualibet provincia pro tempore celebrata in omnibus, & per omnia perinde, ac si vna cum correctoribus, & commissis tempore celebrata; dictorumque diffinitorum electiones quolibet anno cum interuentu eorundem correctorum, & commissorum factae fuissent, perpetuo valere auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus. Nec non praesentes literas nullo vnquam tempore de surptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugari, seu inuolidari posse, minusque

sub

sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendendi: Sed semper in pristinum statum restitutas, ac sub data per ipsos fratres eligenda de nouo concessas censerī, vimq; validi, & efficacis cōtractus inter sedem Apostolicam, & fratres præfatos sortiri: Ipsisq; nullatenus, ac non nisi expressa de verbo ad verbū in derogatione huiusmodi facta mentio derogari possit. Sicq; per quoscunq; iudices, & Commissarios quauis author. fungentes. Etiam S. R. E. Cardinales, ac ipsius Ordinis protectorem, Correctores, & Commissos præfatos, sublata eis, & eorum cui libet quauis aliter auctoritate iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoq; & inane, si secus super his à quoque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, Motu simili declarauimus, & ordinamus.

Et nihilominus venerabilibus fratribus Compostellan. & Toletan. ac Hispalen. Archiepiscopi, siue eorū in spiritualibus vicarijs, aut officialibus generalibus per præsentēs Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentēs literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsorum fratrum aut alicuius eorum super præmissis fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula, iuxta earundem præsentium tenorem integrè, & inuiolabiliter obseruari, eosdem fratres illis pacificè vti, frui, & gaudere; Non permittentes eos, aut eorum quempiam desuper per quoscunq; quomodolibet indebitè molestari, cōtradictores, molestatores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita cōpescendo: ac legitianis super his habendis seruatis processibus, cêsuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus agrauando: Inuocato etiam ab hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus regula ipsius Ordinis, & Correctorio nuncupato, & alijs præmissis, & quibusvis Apostolicis, nec non in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus, vel specialibus cōstitutionibus, & ordinationibus, ac ipsius Ordinis, illiusq; Monasteriorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, & reformationibus priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, monasterijs, & Ordini prædictorumq; superioribus, & personis, quibusvis alijs sub quibuscūque, tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu simili quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis.

Iste motus proprius est contractus inter sedem Apostol. & fratres.

Iudices assignantur.

Quibus


Piūs Papa V.

Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro sufficienter expressis, habentes illis aliis in suo robore permanens hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, Cæterisque contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die 27. Maij. 1568. Pontificatus nostri Anno Tertio.

P. Melchiorius.

Da Hanieri.



BVLLA SANCTISSIMI

D. N. D. S I X T I

P A P E IIII.

S V P E R D E C L A R A T I O N E

Authoritatis Reuerendissimorum Pro-
tectorum Ordinum.

Sixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.



S A C R A minorum religio, quæ agrum militantis Ecclesie sanctis operibus, & ex-
plis copiosissime fecundat, & sapientie splendore catholicam illustrat ecclesiam, tanto vberioribus fructibus fertilior esse conspicitur, quanto in se quietior permanet, & consistit, & maior, promptiorque à subditis eiusdem Ordinis fratribus suis pre-
iatis obedientia exhibetur, nullusque extrinseci impedimenti perturbationibus agitatur, & molestatur, quin in ea caput vnum sit, & esse videatur, a quo omnia dictæ religionis negocia, & causæ administrantur, & cui omnes, & singuli dicti Ordinis fratres pareant, & illius subiaceant disciplina. Dudum siquidem Gregorius XI. prædecessor noster cognito, quod nonnulli dicti Ordinis protectores dum maiorem quam eis ex eiusdem Ordinis regula conceditur auctoritatem vindicare, & usurpare sibi ipsis voluerunt, vera subditorum præfati Ordinis ad suos prælatos obedientia submouebatur, vnde perturbationes, inconuenientia multa inutiles fratrum discursus, & grauias scandala fuerant exorta, in magnam ipsius Ordinis iacturam, præiudicium, & detrimentum, literas sequentis edidit tenoris.

G R E G O R I V S Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam; Cunctos Christi fideles super quibus curam ex debito officij summi Pont. gerere obligamur, per præsidentes eisdem, sic caritatiuè, sicque prouidè, ac iuste cupimus gubernari, quod illi in viam mandatorum domini dirigantur, &

*Sixtus Papa IIII.
approbat literas
Papa Greg. xxi.*

*Papa Gregorius
XII. declarat in
reuerentia
prohibere.*

hi ex

hi ex merito præfidentialis sollicitudinis, vberius supernæ remanerationis præmium nanciscantur, Sed nos nimirum, in illis desideramus ardentius, & affectuosiori studio procuramus, quorum alij à mundanis abstracti, & grauibus poenitentijs dediti, celestibus inhiant, & ad illa per contemplationis pēnas suauius & altius eleuantur vt aquilæ, & cum Maria parte optima perfruuntur. Alij verò sanctam sollicitudinem Marthæ sectantes, celebrationi diuinorum vacant solertius. Alij discunt & docent Dei scientiam, & alij plebem instruunt in eadem, alijsque feruētioris spiritus ardore succensi, non timentes, sed amantes nationes barbaras, ad illam conuersionem pergunt intrepidi, vt valeant ad Dominicam aream multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis bonam Domino reddere rationem. Hi profecto sunt fratres Minorum Ordinis in Dei ecclesia multiplicibus splendoribus radiantes, quorum sonus prædicationis, & sanctitatis opera, præ cæteris religionum professoribus, vsque ad extremam terræ noscitur exiuisse. Hi sunt quos Deus numero multiplicauit & meritis, quibusque sicut & alijs benecurrentibus in stadio militantis Ecclesiæ, æternum brauium quod certatim apprehendere satagunt, elargitur. Et propterea nos de ipsis dignè curam vigilem gerimus, vt eos in his sanctis operibus nil impediatur, nil perturber, sed ipsi opportuna quietis dulcedine potiantur. Sanè cum in beati Francisci Regula cuius iidem fratres existunt, hæc verba continentur expressè: videlicet: Per obedientiam ad hæc iniugo ministris, vt petant à Domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis, vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide catholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euāgelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promissimus obseruamus, iidem fratres existentes pro tempore, huiusmodi protectores dictæ Ro. Ecclesiæ Cardinales successiuis temporibus petierunt à sede Apostolica, & etiā habuerunt, Sed aliqui eorundem protectorem putantes forte, benè, & licitè, à certis temporibus citra suam potestatem nimium extendisse dicuntur in pluribus, ex quibus in ipso Ordine graua perturbationes & scandala sunt ex orta. Nos igitur vt idem ordo in sua primæua quiete remaneat, de virtute in virtutem eat assidue & quibuslibet amotis præpedijs, eradicatisque spinis, & tribulis, fructum non solū consuētum, sed etiam vberiore afferat, ad radicalem submotionē turbationum & scandalorum huiusmodi iam exortorum, & ne oriantur in posterum prouidere, ac eiusdem Ordinis protectoribus, qui erunt pro tempore (cum nullus sit ad præfens Ordinis præfati


præfati protector) transgressionis suæ potestatis occasione tollere, efficaci remedio cupientes auctoritate Apostolica, eisdem protectoribus districtius inhibemus, nè præsumant quæcunque ordinata, statuta siue disposita, aut ordinanda, statuenda, seu disponenda per generalia, vel prouincialia, aut custodialia capitula infringere, reprobare, corrigere, suspendere dispensare, super ipsis, seu contra ea, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula, vt præfertur, vel aliquem ipsorum existeret manifestè, aut quemcumque prælatum, seu officialē dicti Ordinis, seu alicuius loci eiusdē, quocunque nomine nuncupetur ponere, seu instituere, aut deponere, destituere, seu priuare, aut à suo officio suspendere, seu impedire, super eius libero exercitio quouis modo, aut aliquem fratrem Ordinis antedicti ad lectoratum, aut quamcunque lectionem, seu studium, vel gradū promouere, aut promotos ab eis remouere, seu etiam reuocare, aut de loco ad locum mittere, aut mutare, siue alicui fratrum eorundem eūdi ad quodcunque monasteriū, vel locum alium, aut dominum, vel aliquam personam, licentiā impartiri. Et nè insuper in quemuis singularē fratrem memorati Ordinis de quocunque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, seu pœnitentiā liberare, aut eam minuere, augere vel immutare, aut etiam alicui fratri locum, Cameram. Cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere vel eius vsui deputare, aut quæcunque per prælatos eiusdem Ordinis, aut alios deputata quomodolibet mouere, nec etiam de rebus, aut correctione fratrum dicti Ordinis (nisi in casibus præmissis contentis in præfata regula) seu eorum aliquo se aliquatenus intromittere quouis modo, ita quòd dictus ordo, seu fratres eiusdē Ordinis, in nullo subsint futuris protectoribus, nisi duntaxat in casu in quo ipsorum fratrum communitas, vel generale capitulum (quod absit) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deuiarent. Alioquin si secus fecerint id decernimus irritum, & inane. Et nihilominus fratres qui contra huiusmodi inhibitionem nostram quicquam impetrabunt, seu post inhibitionem huiusmodi vtentur etiam per alios impetratis, puniatur illis pœnis quibus essent pro granibus culpis, secundum statuta dicti Ordinis puniendi, & sint nihilominus actibus priuati legitimis, & à suis (si qua habent) suspensis officijs ipso facto. Cæterum nos eosdem futuros protectores hortamur attentius, quòd per facti efficaciam sic nominis sui officij procurent effectū, quòd ordo ipse per eos non lædatur in aliquo, sed potius in aduersis (si quando forsitan imminerebunt) suo opportuno defensionis clypeo protegatur; & à noxijs præseruetur, sic acturi proinde, & æquitatis ac modestiæ limites seruaturi.

*Punitio Fratrum
qui per viam D.
protectoris quic-
quam impetrare
presumunt. cap. c.
3. Ian. 10.*

Sixtus III.

ri, vt non trahatur ad noxam quod prouifum exiit ad falutem, fed ex charitatis geftis eorum, ordo præfatus quietem & confo- lationem percipiat, & protectores magnum apud Deum præ- mium fortiantur, & fuper contrario non oporteat dictæ fedis prouidentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere, vel eiufuſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽ- tare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. apud Pontem Sorgie Auiunionem diçeſis vi. Cal. Iunii, Pontificatus noſtri Anno 3. Nos autem cum in minoribus cõſtituti ipſius Ordinis generalis nobis cura & adminiſtratio incuberet, ſaluberri- mum, & opportunum, & neceſſarium, dicto Ordini eſſe conſpe- ximus, vt protectores vitra præfixum ac eiufdem Ordinis regulę, auctoritatem non extenderent, nam experti ſumus, & vidimus quãta pax, quies vtilitas, quantaq; commoda, præfato Ordini ac fratribus eiufdem ex firma & inconcuſſa dictarum literarum ob- ſeruantia prouenerunt, quot, & quanta perturbaciones, iacturæ, incommoda, damna & graua ſcandala, in dicto Ordine ſuſcitata ſunt, quoties dicti Ordinis protectores ſuæ auctoritatis limites excederent, attentantes in particularibus dicti Ordinis & fratrum eiufdem cauſis & negociis ſe intromittere, & uſurpata ſibi auctori- tate ea videre, cognoscere, iudicare, & decernere voluerunt. Cupientes vt religio & ordo præfatus quem affectuoſiſſima chari- tate complectimur, vt pote quia in eo à teneris annis enutriti, & doctrina, ac regularibus diſciplinis & moribus inſtituti fuimus, ac vti firma fide tenemus, certiffimi que in nobis experimẽtis di- dicimus, ad officia & dignitates ad quas in minoribus promoti fuimus, & ad hunc ipſius ſummi Pontificatus apicem, meritis, & precibus ſeraphici illius patriarchæ Frãciſci eiufdem Ordinis pa- tris, & fundatoris prouecti ſumus, quieto conſiſtens ſtatu, virtu- tibus, & meritis augeatur, ac multiplicetur, ac ſolidum fundamẽ- tum ex eiufdem Ordinis fratrum operibus & exemplis, ſapientia ſplendore, & fructuoſis ſtudiis, & prædicationibus proueniãt, promptiſſimo & liberali animo, vt dignum cenſemus & debitũ, ea quæ pro ipſius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & prosperi- tate, à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris prouidẽ ſta- tuta & ordinata ſunt, vt illibata perdũrent, noſtræ approbationis unanimine ſolidamus, interpretamur, & declaramus, prout ip- ſius Ordinis tranquillitati conſpicimus ſalubriter expedire. Vt igitur de cætero ipſius Ordinis profeſſoribus omnis euagandi extra religionem occaſio tollatur, & vera ſuis prælatis obedientia in qua ipſius religionis verius & ſolidum firmamentum & robur conſiſtit

approbatio. &
ſcriptura litterarum
in Papa Gre-
gorio ſi.



confistit exhibeatur, præfatiq̄ue Ordinis & fratrum eiusdem negotia, & causæ non alibi neque per alios quàm in ipso Ordine, & ipsius prælatos tractentur, agitentur, iudicentur, & determinentur, dilecti filij Zaneti de Vtino generalis dicti Ordinis ministri & totius generalis, capit. in hac parte supplicationibus inclinati, inhibitionē, & literas prædictas prædecessoris præfati, auctoritate Apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & per eas protectori præfato qui in tempore erit, nisi in illis casibus & articulis in regula dictorū fratrum expressis & præfati prædecessoris literis declaratis, neq; in illis dum non vniuersi, sed aliqui ipsius Ordinis professores in quouis numero à fidei vnitatem & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obediētia deuiarent, vel regulā præfatam non seruant, se de eorundem deuantium, & non obseruantium regula, correctione, aut reductione, ac alijs quibuscumq; causis, & negotijs dicti Ordinis se impediatur inhibendum fore, dicta auctoritate decernimus & declaramus. Hortamurq; illū qui ad officium protectionis huiusmodi (quod in præsentiarum per obitum bonæ memoriæ, Besarionis Episcopi Sabinensis dicti Ordinis olim Protectoris nuper vita functi vacat) assumi, & deputari cōtigerit, & ipsius successores dicti Ordinis Protectores, ac eius in virtute sancte obedientiæ districtè præcipiendo inhibemus, ne extra prædictos articulos & casus in regula prædicta contentos, & expressos, nec etiā in illis (cum non vniuersus Ordo, sed aliqua ipsius pars, & specialis persona erraret) ipsorum fratrum querelas audire, seu de ipsorum causis & negotijs contra literas, & declarationes huiusmodi intrmittere se quoquomodo præsumant, sed curent (vti est eorum propriū officium, & præfati sancti Frãcisçi, & Apostolicæ sedis intentio extitit) ipsorum ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico statu conseruare, & augere, & ab impugnantibus, molestantibus, & perturbantibus defendere, & tueri, ne secus agendo, Ordinem præfatum nō solū non protegant, conseruent, & exalcent, vt tenentur, sed in animarum suarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & scandalum, confundant, & destruant. Nul- li ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cōfirmationis, approbationis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo septuagesimo secundo Quarto Cal. Febr. Pont. nostri Anno secundo.

BVLLA CLEMENTIS S E P T I M I,

AD INSTANTIAM R. P. DESIDERII
de Mota, olim Ordinis Mini. Gener.

Concessã omnibus eiusdem Ordinis superioribus, super
condemnatione Fratrum scandalosè extra Ordinem
viuentium, vsq; ad triremes.



Supplicatio.

CLEMENS Papa. VII. Dilecte filij salu-
tem, & Apostolicam benedictionem. Ex-
poni nobis nuper fecisti, quòd nonnulli tui
Ordinis fratrum Minim. Sancti Francisci
de Paula professores, Dei timore postposi-
to, eorumq; salutis abijcerunt, seu cum illo
hinc inde per abrupta sæculi vagãdo discur-
runt, & vitam à regularibus ipsius Ordinis institutis plurimum
alienã ducẽtes, aliorũ facinorosorum persuasionibus, ac propria
malitia ducti, diuersis quæstionibus, & alijs illicitis actibus, nec-
non diuersorum generum malis se immiscere non expauescũt,
in ipsius propriæ salutis perniciem, & aliorum dicti Ordinis pro-
fessorum malum exemplum, ac dicti Ordinis dedecus, & maxi-
mum scandalum. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter sup-
plicatum, vt scãdalis, quæ ex præmissis, & alijs similibus oriri pos-
sent, ac pro ipsorum fratrum discolorum compefcenda malitia,
& effrenata voluntate, in præmissis opportunè prouidere de be-
nignitate Apostolica dignaremur.

Disposico.

Nos igitur scandalis huiusmodi, nè eueniãt celeri passũ occur-
rere, & dicti Ordinis, quem in visceribus charitatis gerimus, felici
successũ paternè cõsolere volẽtes, huiusmodi supplicationibus
inclinati, tibi, & pro tempore existenti Generali, ac Zeloso, nec
nõ alijs superioribus dicti Ordinis, omnes, & singulos dicti Ord-
inis fratres, quos in quibusuis ciuitatibus, & locis, tã sanctæ Rom.
Eccl. quã quorumuis Regum, Ducum, & aliorum Principũ di-
tioni subiectis, in honestè, & præter regularium institutorum eo-
rundem obseruantiam viuentes, & scandalum generantes, & in-
corrigibiles, reperieritis, ac vobis de eorum prauato viuendi
mo do,

modo, per vos, vel testes fide dignos constiterit, corporaliter capiendi, seu capi, eosque iuxta criminum, & delictorum per eos perpetratorum qualitates, ad triremes perpetuo, vel ad tempus absque aliqua iudicium ecclesiasticorum, vel sæcularium super eisdem criminibus, & delictis cognitione, vel sententiæ prolatione detrudendi, & condemnandi, seu detrudi, & condemnari faciendi sine conscientiæ scrupulo, omni tamen malitia, & specie vindictæ ex parte vestra, & vobis in hoc assistentium cessantibus, plenam, & liberam, auctor. Apostolica, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus. Mandantes triremium earundem capitaneis in virtute sanctæ obedientiæ, vt eosdem fratres, quos iuxta conscientiam vestram, & de vobis assistentium consensu, huiusmodi pœna dignos iudicaueritis, eis pro tempore cõsignatos inibi delictorum suorum pœnitentiam facturos, recipiant, & retineant. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in prouincialibus, ac sinodalibus Concilijs editis Generalibus, vel spiritualibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

*Condemna. ad
Tirremes.*

*Consensus colle-
gari requiritur.*

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris.
Die 29. Augusti 1529. Pontificatus nostri, Anno sexto.



BVLLA CARDINALIS ALEXANDRINI,

SVPER DECLARATIONE MOTVS PROPRII
PAVLI PAPAЕ III.

Aediti contra fratres Apostatas, acceptata à patribus
Capitulum Generale Ianuæ tertio
celebrantibus.




MICHAEL Ghislerius miseratione diuina
tituli Sanctæ Mariæ supra Mineruam sacro
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Ale-
xandrinus vulgariter nuncupatus heretica
prauitatis in tota Republica Christiana su-
premus Inquisitor, à sancta Sede Aposto-
lica specialiter deputatus; Reuerendis pa-
tribus Ordinis Minimorum Sancti Franci-
sci de Paula suum Generale Capitulum foeliciter celebrantibus
salutem in Domino, & Spiritus sancti consolationem. Ingens
deuotionis affectus, quem erga Ordinem vestrum gerimus, effi-
cit, vt in omnibus, quæ ad prosperos successus vestræ regularis
obseruantiaē attinent auxilium, & consilium, & quicquid sumus,
& possumus, cum ratio postulat, & exigimur, vobis libenter im-
pendimus. Cum igitur nobis in Christo charissimus frater Ma-
thurinus Auberth zelosus vester humiliter, & instanter suppli-
cauerit, vt sicut illi verbotenus declarauimus quemodo de mē-
te, & intentione Sanctissimi Domini nostri Papæ recipi, & à
vobis recepti tractari debeant Apostata, qui post emanatam cō-
tra eos ex die decima tertia Calendæ Augusti, anni præteriti no-
uissimam eiusdem suæ sanctitatis bullam ad vos redeunt; vobis
quoque in vnum pro Religionis vestræ tractandis negotijs capi-
tulariter congregatis exponere, & testimonialibus nostri ad vos
litteris denunciare dignaremur, ne in re tanti momenti à volun-
tate, & recto instituto eiusdem sanctissimi Domini, vel in mi-
nimo recedatis. Nos, quibus huiusmodi Apostatarum nego-
tium per suam Sanctitatem specialis cura demandata est, viuæ
voci oraculo desuper nobis facto, notum facimus, & tenore
præsentium certiores reddimus, non fuisse, nec esse intentionis
eiusdem

*Ule Card. postea
in Pius Papa I.*

Supra c. 3. l. 4.

Supplicatio.

*In illis actibus
supra P. 4.*



eiufdem fanctiffimi Domini, vt quofcunq; huiufmodi Apo-
ftatas, fine discrimine, & abfque vilo defectu recipiatis, & ve-
ftræ focietati admifceatis; fed eos tantum, de quibus emendatio-
ris vitæ propofitum concipere, & fperare probabiliter potestis,
& qui veftre Religionis poifint eſſe bono viui; Quos in primis
oportet cogere ad renunciandum omnibus, & fingulis Apoſto-
licis literis, contra profefſionem ſuam, vel quouis modo con-
tra regularem obſeruantiam, in forma breuis, vel etiam plum-
batis, aut ſacræ pœnitentiariæ Apoſtolicæ, ac quibuſuis priuile-
gijs, & exemptionibus per eos hætenus impetratis: præſtito
etiam per eos iuramento in manibus Generalis, vel prouincia-
lis, aut eorum quibus commiferint, quòd talia, aut ſimilia im-
petrare nunquam attentabunt; ſed in ſtatu profefſionis ſuæ.
Cui per ſollenne votum ſe addixerunt, poſthac ſtabunt, & per-
feuerabunt, iuxta Regulæ, & ſtatorum Ordinis exigentiam.
Quos ſic per vos receptos, quamuis non, vt inimicos habere,
ſed de eorum reſipiſcentia gaudere, & letari debeatis; probandi
tamen veniunt à vobis in camino patientiæ, & humiliationis;
vtrum pœnarum timore, an virtutis amore, & vitæ melioris pro-
poſito ad Religionis ſuæ gremium recipiantur. Ideo de eiuf-
dem ſanctiffimi Domini mente, & voluntate eſſe, tenore præ-
ſentium declaramus, huiufmodi, Apoſtatas per vos (vt præmiſ-
ſum eſt) receptos, & Religioni iterum inſertos, actiua, & paſ-
ſiua vocibus, iuræque ſuæ primogenituræ, nec non publica ad
populum prædicatione, & confeſſionis ſecularium audientia
priuatos eſſe per nullos ſuperiores, nec etiam per Generale, ſeu
Prouinciale capitula rehabilitandos, donec adminus per qua-
driennium bene, & laudabiliter ſub correptionis, & diſciplinæ
ferula patienter, & humiliter vixerint: quo quidem quadriennio
ſic expleto, poterunt ex huiufmodi Generalis, vel Prouin-
cialis capitulorum, duarum ex tribus partium vocalium acce-
dente conſenſu rehabilitari, & ad omnes, & ſingulos Religio-
nis legitimos actus reſtitui, eiufdem Sanctiffimi Domini noſtri
Pauli Papæ Quarti auctoritate, & gratia permittimus, & indul-
gemus; dummodo tempus quo manſerunt extra Religionem
inter ſuæ profefſionis annos non computetur? Declarantes
etiam hætenus contra præſcriptam formam per vos receptos
non niſi duarum præſentis capituli Generalis partium ſuffra-
gante illis contentia, eſſe pro receptis habendos, ſed habitu
Religionis exuendos, & à ſocietate veſtra eijciendos; & ſic
electos, nihilominus pœnis in bulla prædicta contentis rema-
nere obnoxios. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præ-
ſentes

*Qui apoſtata ſunt
recipiendi.*

*Renunciare bullis
quomodo debent.*

*Iurare quomodo
debent.*

*Pœna priuationis
apoſtatarum.*

*Sup. c. Par. 17.
& c. Par. 29.*



Cardinalis Alexandrini .

sententes literas manu nostra subscriptas per nostrum infra scriptum
secretarium fieri fecimus.

Datum Romæ, in sacro Apostolico palatio in ædibus solite re-
fidentia. Die decima mensis Aprilis. Anni millesimi, quingen-
tesimi quinquagesimi noni: Pontificatus sanctissimi nostri Pauli
Papæ Quarti, Anno quarto, sub soliti sigilli nostri appensione.

Frater M. G. Cardinalis Alexandrinus .

Ioannes Matthæus Roberthus Secretarius.



BREVE S. D. N. D. PII
 DIVINA PROVIDENTIA
 P A PÆ Q V I N T I,

Super reuocatione licentiarum ingrediendi monasteria,
 ac domos Carthusien. & aliorum quorumcunque re-
 gularium ordinum etiam mendicantium quibusuis
 mulieribus concessarum.

Pius Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.



REGULARIUM personarum: quæ relicto
 sæculo, Dei se obsequio dedicarunt: pro cõ-
 misso nobis officio, quieti consulere cupi-
 entes: ad ea remouenda: quæ religiosum earũ
 propositũ impedire possunt: curã nostrã li-
 benter intendimus: vt nulla re, quæ eas à di-
 uino cultu auocet, præpedite; secundũ Ordi-
 num suorũ regularia instituta, & decretum
 sacri Trid. Concilij, tràquillis mēsisibus gratũ altissimo impẽdere
 possint famulatũ. Quia igitur, & Carthusiensũ Ordinis, & aliorũ
 regularẽ vitã professorũ quies non parum solet, sicut accepimus,
 perturbari: p̃pterea, quod mulieres modestiæ matronales oblitę,
 domos, ac monasteria, eorũ contra ipsorũ instituta, prætextu con-
 fessionalium, aut aliarũ literarũ Apostolicarũ ingredi audeant, ipsis
 et Abbatibus, præpositis, prioribus, & alijs præsidentibus aliqñ re-
 cusantibus, & renitẽtibus, non sine magna eorũ molestia, nec sine
 graui laicorũ et offensione, ac scandalo, si qñ admitti nimis facile
 videantur: huic rei prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa
 scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, oēs, & singulas
 facultates, ac licẽtias ingrediendi monasteria, ac domos Carthu-
 siensũ, & aliorũ quorũcunq; regulariũ Ordinum et mendican-
 tiũ, mulieribus cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, &
 quacũq; dignitate, ac præeminentia præditis, et Comitissis, Mar-
 chionissis, Ducissis sub quibuscũq; verborũ tenoribus, & formis,
 & cũ quibuscunq; et derogatoriã derogatorijs, alijsq; fortiori-
 bus, efficacioribus, & in solitis clausulis, nec non irritantibus de-
 cretis ab Apostolica Sede quocunq; concessas: quarum teno-
 res

*Reuocantur om-
 nes facultates in-
 grediendi mona-
 steria.*

Pius Papa V.

res perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus: Districte prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias pretendentes, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, postquã harum literarum notitiam habuerint, à qua nõ possint nisi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo, nè dictas domos, & monasteria ingredi audeant. Iphis verò monasteriorum, & conuentuum Abbatibus, præpositis, prioribus, & alijs præsidentibus quocunque nomine vocentur; & eorum monachis, canonicis, & fratribus, siue mendicantibus, siue non mendicantibus sub priuationis officiorũ, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis à diuinis, ipso facto sine alia declaratione, incurrendis pœnis, nè eas introducere, admittere, præsumant: non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & mādamus: vt hæc litera ad valvas basilicæ Beati Petri Apostolorum principis, & in cancellaria nostra, atque in acie campi floræ de more publicentur. Quia verò difficilè foret has literas, ad omnia loca deferri, volumus, & declaramus; vt earum exemplis, & transumptis manuscriptis, vel impressis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis, par vbique fides habeatur, ac si præsentibus exhibita essent, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris.
Die 24. Octobris 1566. Pontificatus nostri Anno primo.

Antonius Florebellus Iauellinus.

Anno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, inditione nona, die vigesima octaua mensis Octobris Pontificatus sanctissimi in Christo patris, D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno primo: superscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis superscriptis per nos Bernardinum Andreutium, & Ioannem Andream Rogerium Apostolicos cursores.

Philibertus Chappius magister cursorum.



SEQVUNTUR BVLLÆ

QVÆDAM SPECTANTES

ad nostrum Ordinem,

HACTENVS NON IMPRESSÆ

inter nostra statuta .

BREVE S. D. N. GREGORII XIII.

Quòd Generalis Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, possit deputare quoscunq; visitatores in omnibus Prouincijs; & quòd appellantes ad tribunalia sæcularia, sint excommunicati; etiam se opposcentes visitoribus, ab eo missis, seu deputatis.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam .



IX Pastoralis officij nostri debito ad ea, aciem nostræ mentis dirigimus, per quæ personæ Ecclesiasticæ, præsertim regulares sub obedientia, quam profitentur, quietè, & pacificè vitam ducant. Sanè ad aures nostras peruenit, quòd in capitulo Generali fratrum Ordinis Minimorum nuncupatorum, Ianuæ nuperrimè celebrato; inter alia, nonnulli Vicarij Generales in diuersis orbis prouincijs deputati fuerunt: qui durâte triennio officij Correctoris Generalis dicti Ordinis, alterius nationis in illis partibus res præfatorum fratrum gubernarent, & moderarentur. Verùm, quia modernus Generalis Corrector eiusdem Ordinis, intèdit personaliter visitare aliquas ex dictis prouincijs ex eo, quia aliqui ex dictis Vicarijs sui officij immemores in multis casibus præter, & contra dicti Ordinis instituta procedunt, ac processus contra aliquos fratres formatos,

Breue Greg. XIII.

communicant cum iudicibus sæcularibus. Ita quòd aliqui fratres huiusmodi perterriti fugam arripiunt, & ab obedientia suorum superiorum se alienant; & apostatate coguntur in maximum plurimorum scandalum: Dubitetque, quòd si ipse, vel pro tempore existens Generalis Corrector dicti Ordinis ad illas partes accedat, vel alios visitatores deputet, pro vt suo officio incumbit; aliqui Vicarius cornua contra ipsum erigendo, ipsi obedire recuset; sicq; dissidia, & scandala varia oriuntur. Ideo nos volentes desuper opportunè prouidere tenore præsentium Apostolica auctoritate statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd Generalis Corrector nunc, & pro tempore existens quoscunque visitatores sibi benè vilos in quacunque prouincia, ad eius nutum amouibiles, vbi & quando sibi expedire videbitur cum Generali, vel limitata auctoritate, potestate, & iurisdictione cuiuscunque natione deputare possit, & valeat, iuxta priuilegia, & regularia instituta dicti Ordinis. Qui omnes visitatores in omnibus sibi obedire debeant, & teneantur; & vbi ipse Generalis Corrector, tam in partibus Hispaniarum, quàm alibi, præsens fuerit, cesset quæcunque auctoritas, potestas, & iurisdictione prædictorum Vicariorum, & visitorum, vel aliorum quorumcunque officialium dicti Ordinis, etiam in capitulo Generali deputatorum: Nec nõ præcipimus, & mandamus præfatis Vicarijs, & quilibet alijs, prouincialibus, visitoribus, & dicti Ordinis officialibus quouis nomine nuncupetur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis lætæ sententiæ, à qua contravenientes non nisi à nobis, seu pro tempore existente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui possint, nec non priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque dicti Ordinis officia, & vocis actiue, & passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, nè quis Prouincialis, aut alius cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis Ordinis huiusmodi religiosus, aut religiosa ad tribunalia sæcularia, seu iudices sæculares pro negotijs fratrum dicti Ordinis, seu ipsum Ordinem concernentibus quouis prætextu, vel occasione appellare, vel illa quoquo modo adire audeant, seu præsumant. Sed vbi opus fuerit ad Generalem Correctorem, & dicti Ordinis protectorem, seu ad nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem recursum habeant: Declarantes non solum contrafacientes, verùm etiam eorum fautores directè vel indirectè eisdem pœnis incurrere. Et intuper sub eisdem pœnis præcipimus, & mandamus cuiilibet Prouinciali, aut Correctori locali, & quoduis religiosus dicti Ordinis, ne Visitoribus, aut alijs officialibus cuiusvis regionis, aut nationis à prædicto Correctore Generali pro visitandis prouincijs missis resistere,

stere, aut se opponere audeant, sed illis faueant, & obediant, & assistant. Quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus; Irritū, & inane decernentes, quicquid secus à quoquàm quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Cæterum, quia difficile esset præsentis literas ad quæcunque loca, vbi illæ necessariae fuerint deferri, volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici, & alicuius prælati subscriptis, & sigillo dicti prælati signatis fides indubitata in iudicio, & extra adhibeatur in omnibus, & per omnia perinde, ac si originales fuerint.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris.
Die 27. Martij 1576. Pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius.



BREVE SANCTISSIMI D. N. GREGORII XIII.

Super receptione descendendum ex genere Iudæorum, & Saracenorum, & admissione ad dignitates, & officia Ordinis.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.



VNERIS nostri esse putamus, sedulo, ac diligenter omnia curare, quæ Religionum conferuationi, earumq; professorum quieti, ac tranquillitati conferant, illamq; in primis curam suscipere, vt ijs, quæ materiam scandali præbere possunt, quamprimum via præcludatur. Cum itaque, sicut nuper accepimus, statutis in capitulo Generalis Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula editis, caueatur, vt nullus de genere Iudæorum, aut Mahumetanorum in eum Ordinem recipiatur: ac vt nouitius, tam ad habitum, quam ad professionem admittendus interrogetur à prælato, an ex huiusmodi genere descendat, qui si negatiuè responderit, recipiatur, præmissa etiam prius protestatione, quòd quotiescunq; postea inuentum fuerit, eum ex tali genere originem ducere, professio ab eo facta erit nulla ex parte Religionis: quod non mediocrem dicti Ordinis tranquillitati, & multis, qui ex huiusmodi genere originem ducunt, perturbationem attulit. Nos, qui desiderâter in votis gerimus, vt præfatus Ordo nostris prosperetur temporibus, & materia scandali pœnitens succisa, radicibusque euulsa longius propellatur, postquam præfatorum, qui ex genere Iudæorum, & Mahumetanorum originem trahunt, & scientes, vel ignorantes se ex huiusmodi genere oriundos esse professionem in dicto Ordine emisissent statui, & quæri nuper cum de eorum professionis utilitate, & statu consulti essemus, vix vocis oraculo sufficienter, vtis, nuper hæc prouidimus: attendentes leges, & statuta non illis debere fieri, vt per ea scandala gignantur, & publica præferunt animarum tranquillitas perturbetur, aut commoueatur, sed
potius

potius ad ea tollenda, & ipsam communem quietem augendā, ac propterea statuta prædicta, quò ad ea tantum, in quibus præsentibus nostris literis aduersantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium abrogantes, & abolentes, & ex nunc in posterū nullius roboris, vel momenti fore decernentes; Motu proprio, & ex certa nostra scientia volumus, statuimus, & ordinamus, vt de cætero in Nouitijs recipiendis ad Ordinem præfatum Sancti Francisci de Paula fiat inquisitio de moribus, & vita eorum, & de progenitorum suorum defectu. Volentes, quòd ijs, qui ex Iudæorū, vel Mahumetanorum genere descendunt, cum post susceptum ab eis Baptisma Græci, & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quominus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad consequendas in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia religionis nocere possit, vel debeat. Quantū verò attinet ad filios, & descendentes hæreticorum, præcipimus, vt filijs, & descendentibus talium conuersorum, & Ecclesiæ vnitati restitutorum pariter minimè circa præmissa quicquā obstat. Quo verò ad illos, qui ex Iudæis, ex eo quòd post baptisma ab eis susceptum iterum à fide catholica recesserint, per sententiam in foro Ecclesiastico latam damnatis Mahumetanis, item, & hæreticis similiter damnatis viuis, vel defunctis, vel quorum ossa, vel statuæ combustæ sunt, originem ducunt, per lineam paternam, vel maternam vsque ad quartam generationem inclusiue, in Ordinem ipsum recipi, & admitti non posse. Et idem in ijs professoribus eiusdem Ordinis, qui ad sacros etiam presbyteratus ordines admittuntur, seruari decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuatis, & quibusuis alijs dicti Ordinis in generalibus, vel prouincialibus capitulis editis tam generaliter de vniuerso ordine, quàm specialiter de singulis eiusdem Ordinis domibus, vel conuentibus, seu Monasterijs disponentibus iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & consuetudinibus, cæterisque cōtrarijs quibuscunq;. Volumus autem, vt præsentium trāsumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē fides vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris, die primo Augusti M D LXXXIII. Pont. Nosri Anno duodecimo.

Cæ. Glorierius.

BRE.

BREVE SANCTISSIMI

D. N. D. GREGOR. XIII.

SVPER CONCESSIONE PLENARIA
indulgentiæ singulis annis in festo S. Fran-
cisci de Paula.

GREGORIVS PAPA XIII.



VNIVERSIS Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem Cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, verè penitentibus, confessis, ac sanctissima communione refectis, qui singulas Ecclesias monasteriorum, seu domorum fratrum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula vbiunque constitutas, die festo eiusdem S. Francisci de Paula à primis vesperis vsq; ad occasum solis eiusdem diei, singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, sanctæque matris Ecclesiæ tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, quoties id fecerint, toties plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur: Contrarijs non obstantibus quibuscunque, Præsentibus perpetuò valituris. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis manualicinijs Notarij publici subscriptis, & sigillo per sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die prima Aprilis. 1779. Pontificatus nostri anno septimo.

Ca. Glorierius.

DECLA-

DECLARATIO

S. D. N. D. GREG. XIII.

EX SENTENTIA CONGREGATIONIS
Concilij, super ingressu certarum mulie-
rum ad Conuentus Ordinis
Minimorum.Petita à R. P. Frater Andrea Amodeo
tunc Zeloso Italiae.

ILLVSTRISSIMI, & Reuerendissi-
mi Domini. Dubium tale est. Per regulam
nostram Minimorum Ordinis cauetur, nè
superiores mulieres aliquas in nostri Ord-
inis conuentus vllatenus intrare permittãt;
veruntamẽ singulae Dominæ de stirpe Re-
gia procreatae, ac etiam oēs huius Ordinis
fundatrices (quæ locorum eiusdem Ord-
inis septa communiore videre postulauerint) eadem honestè cū
sua comitiua intrare, ac deuotè visitare tolerentur. Huic autem
derogatum esse videtur quendam per motum proprium Pij V.
quo prohibetur mulieribus cuiuscunq; status, gradus, ordinis,
conditionis, & quacunq; dignitate, ac præeminẽtia præditis; qua-
cunq; facultates & licentias sibi à Sede Apostolica concessas,
prætendentibus sub excommunicationis latae sententiæ pœna; nè
monasteria, ac domos Cartusien. & aliorum quorumcunque re-
gularium Ordinum etiam mendicantiũ, ingredi audeant; & ip-
sorum Monasteriorum, & Conuentuum superiores quocunq;
nomine nuncupentur, qui eas introducere, admittere uẽd præsu-
munt; ipso factõ priuentur ab officijs, quæ in præsentia obtinent,
& inhabiles in posterum ad illa, & alia omnia; ac suspensĩ à diui-
nis remaneant. Dubitatur igitur, an vigore nostræ Regulæ, mu-
lieres præfatæ de stirpe Regia procreatae, intrare absque ipsarum,
& dictorum locorum superiorum pœna possint? vel per allega-
tum motum proprium, sit pœnitus, quò ad hoc nostræ Regulæ
derogatum.

Bullæ .

Illustriſſimarum , & Reuerendiſſimarum D. D. V. V.
deditiſſimus Seruus & orator F. Andreas Amo-
deus Zelofus Italiae Ordinis Minimorum
S. Franciſci à Paula.

Reſponſio Sanctiſſimæ Congregationis hæc eſt. S. D. N.
eriam ex ſententia Congregationis Concilij declarauit,
non cenſeri derogatum, quò ad Reginaſ, vel fundatriceſ, dun-
taxat.

Franciſcus Card. Alciatuſ.

Præſens copia fuit extracta à proprio originali, & concor-
dat. Die 21. Menſis Nouembris. 1577.

Simon Gugnettuſ Curia: Illuſtriſſimi D. ſua: Sanctitatiſ Vicarij
Notariuſ in fidem .



H AE
FORMVLÆ
DIVERSARVM
PROVISIONVM,

A R. P. F. GASPARE PASSARELLO
summo studio in vnum collectæ, & per
ordinem in suis locis annotatæ;


SVNT PER VTILES, ET QVAM
necessariæ ad bonum nostræ Religionis regimen:
& ad superiores Ordi. plurimum spectantes:

Ideo pro dictæ Religionis, omniumque nostrorum Fratrum
commodo, denuò imprimi, & in lucem mandari,
curauimus; eo modo, quo sequitur.



V E N E T I I S,

M D X C V I



INTER OMNES ALIAS FORMAS,
 illam potissimum annotandam putavi, quæ omnium
 peccatorum remissionem, omniumque summorum
 Pontificum plenarias indulgentias, ac animarum no-
 strorum Fratrum salutem complectitur; & ad certam,
 & securam cęlestis patrię beatitudinis semitam dirigere
 cōspicitur; Ideo illam imprimis, & ante omnia, pro ma-
 iori Sacerdotum cōmodo, vt sequitur, annotare volui.

ISTA EST FORMA ABSOLVENDI,
 quæ absoluit ab omni casu, etiam pertinente ad Papam:
 & datur fratribus in agone existentibus autho-
 ritate Privilegiorum Ordinis.

Facta Confessione, dicat absolvens. Misereatur tui,
 & Indulg. Postea subiungat.



DOMINVS noster Iesus Christus, per merita suę Sa-
 cratissimę passionis te absoluat, & gratiam suam tibi
 infundat. Et ego autoritate ipsius, & beatorū Apo-
 stolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum
 mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluo te ab omni
 vinculo excommunicationis maioris vel minoris: vel sententia
 suspensionis, & interdicti: & dispenso tecum in omni irregulari-
 tate, si quā contraxisti. Eadem autoritate ego absoluo te ab om-
 ni transgressione votorum tui Ordinis, & statutorum Papalium,
 Generalium, Prouincialium, localiū, & synodalium quorūcūq; .
 Eadem autoritate ego absoluo te ab omni diuino officio male
 perfoluto, horis indebitē transpositis, vel dimissis. Item eadē au-
 thoritate ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis: quibus contra
 Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti: con-
 cedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium
 peccatorum tuorum confessorum: & cunctorum, de quibus etiā
 non recordaris: in quantum claves Ecclesię te extendunt. Item
 eadem autoritate ego absoluo te a penis purgatorij: quas pro
 peccatis, & commissis, & delictis in hoc mundo perpetraris me-
 ruiti: restituendo te illi innocentię, in qua eras, quando bap-
 tizatus fuisti. In nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti.
 Amen. Quod si hac vice non decefferis, referuo tibi hanc gra-
 tiam, vique ad extremum mortis tuę articulum.

DIE X. OCTOBRIS M D LXXVI.

Pro Fratribus Ordinis Mendicantium.



ECTO in sacra Congregatione Regularium memoriali oblato nomine totius familiae Fratrum Mendicantium quarumcunque Prouinciarum. Pro Fratribus Ordinis Mendicantium conquerentium, qualiter contra formam suorum privilegiorum, sacrorum Canonum, Concilij Tridentini & ordinationum Apostolicarum in qua pluribus ab ordinarijs locorum grauantur, prout eiusdem memorialis series continebat. Illustrissimi Domini Cardinales, his mature consideratis, statuerunt, & decreuerunt, infra ab eisdem locorum ordinarijs perpetuo, & inuolabiliter obseruari debere.

Primò, quòd circa secularium confessiones ab ipsis Fratribus Mendicantibus audien. seruetur decisio Congregationum Sacri Concilij, & Episcoporum: corripianturq; ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentijs concessis, id excipiunt.

Secundò, Fratres Mendicantes nullatenus à quaestuatione, quae de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri cõtinget, prohibeantur.

Tertiò, Ordinarij in cognitionibus causarum Fratrum Mendicantium, tam civilium, quàm criminalium minimè sese ingerant, pariter nec in uisitatione eorundem Fratrum, vel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Concilij Trid. Decreta conceditur.

Quartò, Ordinarij non impediant Fratres pulsare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam antequam pulsetur campana maioris Ecclesiae, praeterquam in die Sabbathi Sancti.

Quintò, Quòd autem ad quartam funeralium seruetur Decretum Concil. Trid.

Frater Michael Bonellus Card. Alex.

Georgius Paezarius Secret.

Sessio. XXIII. Cap. XV.

Congregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Dioecesi secularium confessiones semel ab Episcopo praeuio examine approbato, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos: Ceterum à successore posse utiq; examinari iuxta constitutionem Sanctae mem. Pij V. datae 8. Id. Aug. Pontificatus anno 6. quae à fel. rec. Greg. XIII. non est reuocata per reductionem privilegiorum Regularium ad terminos Concilij Trid.

A. Card. Caraffa.

G

DECRETIS

DECRETVM SACRAE Regularium Congregationis,

Contra Regulares ad Urbem temerè leuiue, ex causa
accedentes, absque eorum Superiorum
licentia.



QVONIAM nonnulli Regulares vagandi studio, si-
ne dum imminentem admisorum criminum pœ-
nam, ex suis constitutionibus, aut aliàs debitam, sibi
metuunt, falsâ, & commentitia grauamina causati,
non ad immediatè sui Ordinis Superiores, scilicet, à grauamine
Prioris ad Prouincialem; à Prouinciali, ad Generalem: à Gene-
rali, ad Protectorem; prout cuiusque Religionis constitutioni-
bus disponitur: sed ad hanc Romanam Curiam, absque licentia
sæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinum disci-
plina relaxatur, Prælati contempnuntur, & ipsi indies audaciores
euadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi, ex ordine
Sanctissimi statuere, vt si quis Regularium in posterum temerè,
leuiuè, ex causâ hanc Almam Urbem, seu Curiam, absque sui
Superioris licentia, & supradictâ forma prætermissa, adire præ-
sumpserit, ad iuos eisdem Superiores, seueriori pœna plecten-
dus remittatur.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Georgius Palearius V. I. D. Secret.



NOTA QVOD SVBSEQVENS BVLLA,
 à Priuilegiorum Libro abstracta continens illam miri-
 ficam gratiam priuilegiatæ Missæ Ordini nostro con-
 cessam, ideo pro maiori commodo, & deuotorum be-
 neficio volumini huic etiam rationabiliter inferere vi-
 sum fuit, vt in sequenti rubrica latius indicabit.

(HOMO quod meum est iudicium) summa labe conta-
 minatus, maximeq; improbandus iacet, qui bene peculiat, &
 bene numatus; quiq; magno auri, maioriq; argenti pondere coa-
 cto; hæc, cum res cogit, non adhibet, horumq; bono minime
 vtitur: verum, Vti Tantalus quarit aquas in aquis, & poma su-
 gatia captat. quare, fratres auaribilissimi, cum Ego Frater Nico-
 laus de Christianis cælestibus thesauris, ac spiritualibus diuitijs
 gloriosi Patris nostri Diui Francisci de Paula meritorum magni-
 tudinem cumulatam, in auratamq; (vt ita dicam) euocatione
 nostram perspexerim; Nè idem forte illi contigat, meritoq; Ve-
 nusini poetæ carmina hæc ipsi conueniant; quid iuuat immesum
 te argenti pondus, & auri, furtim de fossa tumidum deponere
 terra? hæc Bullis, huiusque voluminis exordio, vt adderentur,
 optimum duxi; quæ vti fratribus, & obseruantibus nostris vtilia
 maximeq; sunt, iisdem pariter paratissima forent: priuilegiatæ
 Missæ munus nimirum liberalissimum, ac præstantissimū, quod
 felicissimæ recordationis Pontifex maximus Clemens VII. col-
 legio nostro olim donauit; Indulgentiarumque summam, quas
 consequuntur, quibusq; gaudent studiorum nostrorum studio-
 si, Religionisq; nostræ obseruantes, & qui templa, & delubra
 nostra venerantur, & colunt.

SEQUENTIA SVNT GRATIÆ VIVÆ
 vocis oraculo concessæ Ordini Minorum S. Francisci
 de Paula à Romanis Pontificibus, fidem facientibus in-
 frascriptis DD. Cardinalibus, quæ non sunt minoris ef-
 ficaciæ, & valoris viuæ vocis oraculo concessæ, quam
 si per Bullam, aut breue ad perpetuam rei memoriam
 essent concessæ. Ideo Pius V. approbavit omnes gra-
 tias etiam Viuæ vocis oraculo ordinibus mendicantium
 concessas.

C L E M E N S VII.

Vitę vocis oraculo concessit superioribus, & quibusdam fratribus Ordinis S. Francisci de Paula certis diebus facultatem celebrandi Missas, ad liberandum animas de Purgatorio.



O S Laurentius Episcopus Albanensis S. Romanę Ecclesię Cardinalis Sāctorum quatuor, ac maior penitentiarius, vniuersis, & singulis Christi fidelibus presentes literas nostras inspecturis fidē facimus, & attestamur.

¶ Qualiter sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Clemens, diuina prouidentia Papa VII. ad humiles preces nostras, dilectis nobis in Christo venerabilibus religiosis, Correctori domus Sanctissimę Trinitatis de Vrbe, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, ac alijs fratribus domus Sanctissimę Trinitatis duntaxat, generali verō, ac zeloso, nec non Provincialibus, & localibus correctoribus, & alijs superioribus ordinis; etiam pro tempore existētibus, ac vnicuiuslibet ipsorum secundum religionis ingressum, antiquiori socio, vbicūq; se trāferre ex merito obedientię contigerit, vt singulis secundis, & quartis ferijs cuiuslibet hebdomadę totius anni, missas pro animabus defunctorum celebrare volentes, easdem indulgentias pro animabus defunctorum huiusmodi consequātur, ac si in ecclesia S. Sebastiani, Laurentij, & scalacali, etiam Gregorij, & Potentianę, extra, & infra muros almę Vrbs celebrassent, ac pari modo missę huiusmodi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrādas, duxerint, suffragētur, perinde, ac si in præfatis, & alijs quibuscunq; etiam qualitercunq; privilegiatis ecclesijs infra, & extra muros Vrbs celebrassent: facto nobis de super viuę vocis oraculo. Concessit pariter, atque indulxit præsentibus perpetuis, futuris temporibus duraturis, & in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; in quorum omnium fidem literas nostras fieri, nostrique sigilli oblongi iussimus appensione communiri.

Datum Rome, in edibus nostris, sub anno à Natiuitate Domini 1524. Die verō 10. Mensis Iulij. Pontificatus Sanctissimi Domini in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis diuina prouidentia Papa VII. Anno primo.

TABVLA ALPHABETICA

EA OMNIA AMPLECTENS,

Quæ in facrarum Bullarum decretis secundum
superiorem annotationem continentur.

A



Accessio Illustr. Card.
ad primum cap. Re-
ligionis, prima fac.
fol. 8

Adrianus Papa, tartharucarum
esum non esse prohibitum, vi-
uæ vocis oraculo declarauit .
2. fac. fol. 9

Alexandrini Card. super motus
proprij Pauli IIII. declaratio-
ne contra fratres Apostatas .
2. fac. fol. 19

Appellantes ad sæcularia tribu-
nalia sunt excommunicati, &
perpetuò priuati 2. fac. fol. 22

Apostatarum priuationis penæ.
2. fac. fol. 20

Apostatæ, qui recipiendi sunt.
1. fac. fol. 20

Apostatæ quomodo rehabilita-
ri debent. 1. fac. fol. 20

Apostatæ nullam emendationē
ostendentes, penitus ab ordine
nostro possunt eiici. 1. fac. f. 20

Authoritas Protectoris declara-
tur, & limitatur. 1. fac. fol. 18

B

Beatissimus Pont. Paulus III.
ad actorum c. Pau. obseruā-
nam omnes fratres teneri mā-
dat. 2. fac. fol. 12

Bonæ memoriæ Clemens V II.
Ordinis nostri prælati, cum

collegarum consensu, fratres
scandalosos, ad triremes con-
demnari posse, concessit. 2. fac.
fol. 18

C

Cautus in officio diuino sin-
gulis interdicitur. prima
claus. 2. fac. fol. 2

Carthusiani I quadregesima tar-
tarucas comedere possūt. 2. fa.
fol. 9

Clemens sanctæ recordationis
uiuæ vocis oraculo missam pri-
uilegiatam à quibusdam fratri-
bus nostri Ordinis incertis die-
bus dici posse concessit. 2. fac.
fol. 27

Contra Regulam, & Correcto-
riū nihil statui potest. 2. fac. f. 8

Corrector quomodo potest à
conuentu exire, ad peragenda
necessaria negotia. sexta claus.
fol. 3

Coronæ seu tonsuræ Fratrum Mi-
nimorum forma. 1. fac. fol. 7

D

Declaratio sanctissimæ Cō-
gregationis Cōcilij super
mulieres in monasteria ingres-
su. 1. fac. fol. 25

Deuotæ Record. Greg. X III.
Ordinis nostri Generali cōces-
sit visitatores quoscunque in
cunctis prouincijs mittere poi-
sūt. 2. fac. fol. 22

Deuo-

Tabula Alphabetica.

- Deuotorum nostrorum indulgentias in huius voluminis exordio reperies.
- Diffinitores in primo cap. sunt eligendi. 2. fac. fol. 14
- Distributio elemosinarū faciēda, ciuilit̄ intelligenda est. 9. claus. fol. 3
- Dominus Car. Therdon. generali cap. præfuit Rom. 4 celebrato. 1. fac. fol. 8

E

- E**lemosinæ in iudicio quomodo repetendæ. 2. claus. in qua plura declarantur. fol. 2
- Episcopi in fratrum mendicantium, vel suarum ecclesiarū visitatione non se intromittant, nisi quatenus eis per S. Conc. Trid. conceditur. 1. fac. fol. 26
- Episcopis prohibetur nē fratribus mendicantibus in articulo mortis confessiones audire impediant. 1. fac. fol. 26
- Excoꝛnicatio contra mulieres in fratrum monasteria intrare præsumentes. 2. fac. fol. 10
- Exortatio ad regulę, & correctorij obseruantiam. 1. fac. fol. 8
- Exterior infirmaria quomodo est intelligenda. 3. claus. fol. 2

F

- F**actores directē, vel indirectē puniuntur. 2. fac. fol. 22
- Felic. rec. Sixtus III. Reu. Protectorum Ordinum auctoritatem declarat. 1. fac. fol. 16
- Forma coronæ vniformiter ferenda, & quomodo est approbata. 2. fac. fol. 6
- Fratres mendicantes in articulo mortis omnium confessiones possunt audire. 1. fac. fol. 26

- Fratres absque ordinariorū licētia semper campanas pulsare possunt, antequā maioris Ecclesię pulsentur, præterquam in die Sabbathi sancti. 1. fa. f. 26
- Fratrum punitio pro Protectoris viam quidquam impetrare præsumentium. 1. fac. fol. 17
- Fundatrices, quę dicantur, & quę non. c. Thol. nu. 23. 1. fac. fol. 11

G

- G**rauamina mendicantibus fratribus ab ordinarijs illata. 1. fac. fol. 26
- Grauari à superioribus subditi quō possunt, & debent, ad alios maiores accedere. 2. fac. fol. 26
- Gregorius Sanctiss. mem. Papa XI. Auctoritatem declarat Protectoris. 1. fac. fol. 16

H

- H**odie super mulierū in monasteria ingressu adest maior S. D. N. Pij V. cēsurā. 2. f. f. 10

I

- I**llustr. & Reuer. Card. Senogal. multa de reg. & correct. nostro viuæ vocis oraculo declarat. 1. fac. fol. 2
- Indulgentia plenaria in festo Patris nostri Diui Fr̄cis̄ci singulis annis à B. M. Gregorij XIII. concessa. 2. fac. fol. 24
- Indulgentiarum summarium pro nostris benefactoribus concessarū, vide supra in exordio libri.
- Indulgentias pro defunctorum animabus Sancti Sebastiani, Laurentij, Scalacœli, Gregorij, & Potentianæ extra & intra muros lucrant. 2. fac. fol. 27
- Infirmus cum superioris licētia, quomodo est prouidendum.

dum. 6. clauf. fol. 3
Inhibitio Protectori nè fuę pro-
 tectionis limites tranſcendat.
 1. fac. fol. 18
Inter media capitula prouincia-
 lem, & diffinitores celebrata,
 eãdem vim, & efficaciam, quã
 prouincialia, habent. 2. fac. f. 14

L

Lamentatio fratrum Calabria
 propter mulierum in corũ
 monaſteria ingreſſũ. 2. fac. f. 10
Laudes diuerſas ad Diuum no-
 ſtrum Patrem, vide in princi-
 pio libri.
Laurētius Card. S. R. E. SS. Qua-
 tuor de priuilegiata Miſſa à
 Clemente VII. ordini noſtro
 conceſſa autentice fidem facit.
 2. fac. fol. 27
Literæ Gregorij XI. à ſc̄l. recor.
 Sixti III. approbãtur. 1. fa. f. 16

M

Mendicantes fratres ſemel
 admiſſi tũ in ciuitate, tũ
 etiam per dięceſim cũctorum
 ſæcularium confeſſiones audi-
 re poſſunt. 1. fac. fol. 26
Miſſam priuilegiatam, vide ſu-
 pra, fol. 27
Mulieres in monaſteria ingre-
 dientes excõicãtur. 2. fac. fol. 21
Mulierum prohibitio carchuſiẽ
 tium, & aliorum ordinum in
 monaſteria ingredientium.
 1. fac. fol. 21

N

Noſtræ Miſſæ priuilegiatæ
 in hoc volumine incorpora-
 tionis, rõ aſſignatur. 2. fa. f. 26

O

Officialium in prælatorum
 viſitatione, quomodo fa-

cienda eſt electio. 2. clauſ. fol. 3
Omnia contra regulã ſunt caſ-
 ſa, & inualida. 2. fac. fol. 12
Ordinarij fratrum mendicantiũ
 cauſis tam ciuilibus, quã cri-
 minalibus minimè ſeſe inge-
 rant. 1. fac. fol. 26
Ordinaria vinolentia, & affecta-
 ta aerem punienda. 10. clauſ.
 fol. 3

P

Pater Generalis de dubiorũ
 declaratione fidẽ facere po-
 teſt. 1. fac. fol. 4
Pater frater Binet tartharucas
 comedere volebat. 2. fac. fol. 9
Paulus III. literas Leonis, &
 capit. Paul. acta ſacris canonibus
 non contraria cõfirmat, & ap-
 probat. 2. fac. fol. 12
Pius V. ſingulis prouincialibus
 cum ſingulis commiſſis ad ge-
 nerale capit. accedere, prouin-
 cialiaque intermedia cap. non
 celebrari præcepit. 2. fac. fol. 13
Proclamatio omnium mendi-
 cãtium ad ſacram regularium
 Illuſtriſſ. Cardin. Congregatio-
 nem. 1. fac. fol. 26
Profeſſionis tertiariorum mo-
 dus à S. D. N. Julio II. approba-
 tus. 1. fac. fol. 7
Protector noſter SS. Quatuor
 Coronatorum fratres noſtros
 tartharucas licitè comedere
 poſſe declarat. 2. fac. fol. 9
Protectoris authoritas limita-
 tur. 1. fac. fol. 17

Quarta funeralium ſecun-
 dum ſacri Trident. Conf.
 decretũ, ſoluetur. 1. fac.
 fol. 26

Tabula Alphabetica.

Quæcumq; à Protectore cōtra regulam, & correct. ordinantur irrita sunt, & nulla. 2 fac. fol. 17

R

Recursum ad secularia tribu-
nalia habere omnes religio-
si prohibentur. 2. fac. fol. 22
Regula fratibus vnica, vnicaq;
suis omnibus, correct. verò ambo-
bus commune cū ceremonijs.
2 fac. fol. 8

Regula, & correct. semper illi-
bata permaneant. 2. fac. fol. 8

Regula, & correct. relatio. 2 fac.
fol. 8

Regule S. Francisci verba Prote-
ctorem postulantia. 2 fac. f. 16

Renunciare bullis tenentur apo-
stata. 1. fac. fol. 20

Reuer. P. F. Frāncisci Binet olim
Generalis cūctis religionis fra-
tribus super cuiusdam accepta-
tione breuis irritatio. 1 fac. f. 2

Reuerendū. Protectoris nostri
Sāctorum Quatuor Coronat.
super ingressum mulierum in
monasteria declaratio. 2. f. f. 10

Reuer. P. F. Frāncisc^o Binet, olim
Generalis, quædam necessaria
vniuersis fratribus notificat.
1 fac. fol. 2

Religiosū visitatoribus obedire
strictissimè tenentur. 2. fa. f. 25

Religiosi sine superioris licētia
ad urbē romen. venire ex cau-
sa accedentes, ac rē purgandi
iura. 2 fac. fol. 26

Religiosi à Iudeorum, & Sara-
cenorum descendentes quore-
cisi, & ad dignitates, & ordinis
officia adire pōt. 2. fac. fol. 27

S

Sanctissimæ Congregationis
responsio. 1. fac. fol. 25

Sāctif. D. N. F. Rec. Pau. III. mul-
ta ordini nro cōcessit. 2. fa. f. 11

Sanctiss. D. N. pia mem. Iulius
II. dubiorum declarationes ab
Illust. Card. Senogal. factas ap-
probat, & confirmat. 2. fac. f. 4

Secundum regulæ, & correctō-
rij canones, omnes casus debēt
diffiniri. 1. fac. fol. 9

Sororū p̄fessio mutatis mutan-
dis, sicut fratrum faciēda ē. 2. f. f. 7

Statuta à regula nostra deuītia
condi non possunt. 7. claus. f. 3

Statuta, q̄ nō sūt cōtra regulā, &
correct. quantū durāt. 1. fac. f. 9

Statuta vtilia Apostolica confir-
matione roborari mandant pa-
tres. 1. fac. fol. 9

Superiores priuantur, mulieres
in eorum monasteria ingredi
permittentes. 2. fac. fol. 21

T

Tempus inter apostatarum
professionis annos mini-
mè computetur. 1. fac. fol. 20

Tenor literarum Illustrif. Card.
S. Crucis. 2. fac. fol. 6

Totū Generale Capitulum du-
biorū decem declarationis po-
stulauit: quas cuncti obseruare
tenentur fratres. 2. fac. fol. 3

V

Varij religiosorū status, &
conditiones in Ecclesia
Dei destinati, variaq; dona ab
eis ministrantes. 2. fac. fol. 17

Vendere, vel emere fratres per
se non possunt 8. claus. fol. 3

Vicarij aliqui sua abutebantur
authoritate. 2 fac. fol. 22

I N C I P I T
F O R M U L A R I V M
C O M M V N I V M,

ET DIVERSARVM PROVISIONVM,
quę ad hanc nostram Religionem communiter
pertinere possunt.

Forma literarum electionis Prouincialis, mittendarum
ad Patrem Generalem pro confirmatione.

REVERENDE Pater: Nos patres capitulantes huius nostrę Prouincię. N. in hoc præfenti Prouinciali capitulo, vnanimiter congregati, in conuentu. N. eiusdem prouincię, volentes nobis, & prouincię nostrę bene consultum esse de pastore, & capite: qui in omnibus, & per omnia, præfata prouincię negotia scienter, & sapienter discernere, & efficaciter tractare, atque diffinire sciret: peractis sacris, atque consummatis sollennibus de iure cõsummandis, vna omnium voce (iuxta Ordinis nostri constitutiones) in pastorem præfata prouincię curam præfecimus, & creauimus venerandum patrem fratrem. N. datis sibi in collegis, spectabilibus fratribus. N. N. N. cum ergo electio præfata sit ritę facta, & de persona religiosa moribus, & prudentia ornata: rogamus P. V. vt eam approbare, & electum confirmare, & nobis concedere dignetur. Cui, nos, & nostram prouinciam, comendatos, in tali petitione, reddimus. Datum in præfato conuentu, &c.

Alia ad idem.

Reuerende pater. Virtute præsentium literarum, notum facimus, & attestamur, nos infra scripti patres capitulantes, huius nostrę prouincię. N. qualiter instate termino electionis officij prouincialatus, huius nostrę prouincię, capitulariter legitimę in Spiritu sancto coadunati, in cõuentu. N. præfata prouincię, sacris sollēnijs ritę peractis, processionali ordine ad locũ capituli deuenientes, maiori vocũ suffragio, canonicę in benemeritũ prouincialē dictę prouincię, creatus est pater frater. N. quę præsentium per tenorẽ, vnã cũ sibi associatis socijs venerabilibus patribus, fratribus. N. N. N. vestra benedictione confirmatũ iri exposcimus.

Forma confirmandi Prouincialem .

FRATER. N. totius Ordinis Minimorū humilis, & indignus Generalis, & seruus. Vniuersis, & singulis eiusdem ordinis, nunc, & pro toto nostro triennio, patribus, & fratribus existentibus sub regulari disciplina nostræ prouinciæ. N. salutem in domino sempiternam, vobis ac vestrum cuilibet præsentium tenore significamus, qualiter vidimus, legimus, tenuimus, ac diligenter inspeximus, nonnullas vestri capituli prouincialis apud nostrum conuentum. N. nouissimè celebrati, literas eiusdem capituli capitulantium communibus manibus subscriptas, cum ipsius prouinciæ magni sigilli appensione debitè communitas, super canonica electione vestri patris Prouincialis à prædictis singulis prænominatis capitulantibus vnanimiter congregatis, apud præfatum conuentum, die penultima mensis Septemb. (seruatis sollennibus) celebrata. Quam electionem, ac omne, quod in dicto capitul. factum fuit, nostra benedictione cōfirmatum iri, præfatis literis nomine totius prouinciæ humiliter efflagitabant. Nos igitur cum nostris collegis attendentes, iusta petentibus non esse denegandū assensum, & considerantes præfata electionem fuisse canonicam, & de persona religiosa, & Deum timente, illam approbauimus, & confirmauimus prout præsentium per tenorem approbamus, & confirmamus, Vener. patrem fratrem. N. in vestrum benemeritū Prouincialem (vt præmittitur) electum. Approbantes insuper, ac ratificantes, quicquid in dicto cap. à patribus capitulantibus ritè, ac iustè definitum est, maximè circa collegarum electionē, quos præfata etiam auctoritate confirmamus, & approbamus. Decernentes, vt præfato Prouinciali, per vos electo, & ita per nos confirmato, in omnibus licitis, & honestis, & vestræ professioni nō cōtrarijs, obsequentissimè obediatis. Declarantes illum pro executione sibi concrediti muneris, talem, & tantam habere, qualem, & quantam ex regula, Correctorio, & priuilegijs habent Prouinciales auctoritatem, & potestatem, in quorū fidem, & robur præfentes communibus manibus subsignatas, magno sigillo officij nostri munuimus. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

VNiuerſitati vestræ notum facimus quomodo receptis literis vestri capituli Prouincialis, apud nostrum conuentum. N. nouissimè celebrati, capitulantium sygraphis, sigilloq; prouinciæ munitis, comperimus, & manifestas habuimus electiones

inibi

inibi ritè, & debitè factas, quas vt legitimas prædicti patres capitulantes nomine totius prouinciae à nobis ratificari, & confirmari obnixè postulât nos igitur cum venerabilibus collegis nostris, attendentes, & considerantes, quòd iusta petentibus non est denegandus assensus, prædictas à domino per vos electiones gratas, ratasque habendo vita, ac doctrina præclarum, admodumque expertum patrem. N. in benemeritum Prouincialem vestrum, suosque venerab. collegas prudètes patres. N. N. N. qui secum officij pondus, & æstus portare habent, omnes iuxta nostræ Regulæ tenorè canonicè electos, de prædictorum nostrorum collegarum consilio, & assensu confirmauimus, & approbauimus, prout præsentium tenore confirmamus, & approbamus: dantes, & concedentes eidem vestro R. P. Prouinciali talem, & tantam auctoritatem, & potestatem, qualem, & quantam per regulam, & priuilegia habere solèt, nostri Ordinis Prouinciales: precipimusque omnibus, & singulis fratribus nostris, tam superioribus, quam in subditis in dicta. N. prouincia, nunc, & pro tempore degentibus: vt eisdem, tanquam suo obseruando superiori in omnibus (licitis & honestis) iuxta professionem suam pareant, & obediant. Et vt ipse cum suis associatis, èt meritum sanctæ obedientiæ consequi mereantur, eisdem mandamus, atque iniungimus, vt huiusmodi onus sic impositum, & de sursum à Deo opt. max. datum, sollicitudine iuxta Paulinam doctrinam suscipere, velint amore Iesu Christi, qui eos omnes sua benigna gratia confirmare, & corroborare dignetur. Datū in nostro. N. conuentu. Kal. N. mensis, nostris subscriptionibus, sigilloque officij Generalatus, fidem, & robur facientibus.

Alia forma ad idem.

Aceptis à vestro capitulo Prouinciali, quòd nuper in nostro conuentu. N. feliciter celebratum est, gratis, ac desideratis literis compertum habuimus, eruditum P. fratrem. N. in vestrum benemeritum Prouinciale fuisse creatum, & designatum, & honorandos patres fratres N. N. N. sibi associatos, vt in tractandis prouinciae negotijs eum adiuuarent. Quorum confirmatio per dictum capitulum noie totius prouinciae à nobis humiliter extitit postulata, & exacta. Nos igitur, qui iustis petitionibus, non grauate annuimus, ac auctoritatè nostram in stabiliendis studiofis actibus libenter interponimus, tales electiones vestras, vt canonicas, & legitimas, iuri, ac Regulæ nostræ conformes, approbando, & ratificando, prædictum patrem Prouinciale cum suis dictis collegis, in partem sollicitudinis, secum pariter vocatis, de nostro: ù collegarum consilio, & assensu presentium tenore confirmamus, bona spe adducti,

Formularium

quòd conceditum sibi, (diuina prouidentia, munus ad felicem exitum deducturus sit, & sub præclaro eius regimine, in omnibus vestrae prouinciæ bene prospectum iri, atque, vt omnia ad obedientiaë scopum, collimata, & relata, maioris sint efficaciaë, auctoriaë, & reuerentiaë, & auctiorem apud Deum meritorum cumulum fortiantur, dicto vestro patri Prouinciali concedimus talem, & tantam auctoriaë, qualem, ac quantam per Regulam, & priuilegia nostra habere solent nostri Ordinis prouinciales: & iniungimus eidem, vt istam commissiaë sibi pastoralis functionis, laboriosam sollicitudinem, diuino fauore, ac præsidio innixus, fortiter suscipiat: præfatis autem sibi delectis collegis mādamus, vt in area trituranti, ac in vinea Domini laboranti, consilio, & auxilio promptos, ac sedulos coadiutores se exhibeant. Vobis verò qui grex populus, & metis estis eius, qui super vos à Domino Deo constitutus est pastor, dux, & operarius, in nomine domini nostri Iesu Christi, qui vsque ad mortem factus est obediens, præcipimus, vt pastoris vestri vocem, ad meliora, & viciniora salutis vos vocantis, humiliter audiatis, ducis vestri ad arma spiritualia vos fortiter acclamantis, hortamenta generosis animis suscipiatis, & sequamini, operarijque vestri flagellum, idest, disciplinaë, & correctiones, quibus ab omni vitiorum palea expurgemini, patienter sustineatis, & vt paucis omnia perstringamus, dicto vestro prouinciali per nos sic confirmato in omnibus, quæ ad Dei honorem, & professionis vestraë rationem spectant, promptè obediatis, ac humiliter subiiciamini. Datum in nostro conuentu. N. die. N. nostris subscriptionibus, ac officij sigillo in horum fidem, & robur appositis.

Alia forma ad idem.

SVMmus paterfamilias, qui regularem nostri Ordinis vineam Opera Beatissimi patris nostri Francisci, plantauit, ad patres illius fructuosius excolendas, operarios continuo conducere non desistit. Id eum nunc fecisse credimus, cum in prouincia. N. huius vineaë portione non contemnenda, per fratrum illius canonicam electionem ad eius spiritualiam culturaë vocatus est, prout ex eorum decreto, quod confirmari petierunt, latissimè patet. Vide igitur, & considera, quòd ad opus pereris, ad laborem vocaris. Attamen nè viribus fatigeris, non despondeas animum. Opus quidem arduum est, & humeros poscens plusquam Athlanteos, Tu Christi tantum viscera, & amorem indue, illum solum in omnibus intuere, & cum Apostolo, in eo qui te confortat,

confortat, omnia poteris. Quæ quia te facturum confidimus, & nostrorum collegarum consilio muniti, & impulsus sumus. Ideo eorundem votis, & petitionibus satisfacere decreuimus. Quare auctoritate officij nostri præsentium per tenorem te confirmamus, & approbamus, atque ita confirmatum, & approbatum hæc serie, singulis conuentibus præfatæ prouinciæ te declaramus. Dantes tibi omnimodam executionem officij tui, & eiusdem nostræ auctoritatis præcepto præcipimus, vt in omnibus licitis, & honestis regularibus nostri sanctionibus non aduersantibus tibi strictissimè pareant. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

IN Christi charitate dilecto patri fratri. N. eiusdem Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, frater. N. eiusdem Ordinis humilis Generalis, & seruus, salutem & spiritus sancti consolationem. Cum regimen animarum ars artium non immerito appelletur, nam in eo stant superiores, rationem reddituri pro animabus subditorum. Ideo non omnibus committendum, sed his solis, qui sunt in Dei amore seruidi, & in religionis obseruantia experti. Quas partes, te quantum patitur humana fragilitas, attigisse cognouimus. Quapropter patres Prouinciæ. N. in eorum capitulo Prouinciali nouissimè celebrato nobis, & collegis nostris assistentibus, iuxta regulæ nostræ Ordinem te in ipsius Prouincialem prouinciæ maiori votorum numero canonicè elegerunt. Petuntque à nobis dictam confirmari electionem. Nos igitur de patrum nostrorum collegarum consilio, videntes iusta petitionibus non esse negandum assensum, & dictam electionem esse canonicam, iuri ac regulæ nostræ esse conformem. Illam approbauimus, & te prædictum patrem. N. in eorum prouinciæ prouincialem confirmauimus, & per præsentem confirmamus, dantes tibi omnimodam ipsius officij executionem, qualis nostri Ordinis Prouincialibus ex nostris statutis, & regula permittitur. Quod onus vt ad Dei honorem, & religionis obseruantiam suscipias, tibi ad obedientiæ meritum mandamus, similiter, & cunctis dictæ prouinciæ fratribus, vt tibi in omnibus nostræ regulæ, & eorum animæ non contrarijs obediant, vtque possis sagacius tuæ negotia prouinciæ diffinire, & tractare, honorandos patres fratres. N. N. N. in eodem capitulo tibi in collegas etiam per electionem assignatos nostra auctoritate confirmamus. Et vt præsentibus fides adhibeatur, indubia, eas nostris subscriptionibus, & Ordinis sigillo muniuimus. Datum, &c.

Formularium

Forma literarum exhortandi Prouincialem, ad
exequutionem sui officij, quando mitti-
tur sibi confirmatio.

Venerande pater, cum tuis venerab. collegis salu e. Quando-
quidē in religionis regimine, quod nobis, (meritis licet im-
paribus) commissum est, vos in quamdam respectiue partem sol-
licitudinis nobiscum vocati, & destinati estis, & non parum à re no-
stra esse credimus, vos commonefacere, ac velut sponte curren-
tibus calcar addere, vt vobis primum (iuxta Apostolicam doctri-
nam) deinde, curæ vestræ demandato gregi sollicitè attēdentes,
quicquid ad regularis nostræ obseruantiae statum retinendum,
aut in melius reformandum facere conspexeritis, hoc totis viri-
bus meditemini, exequamini, & perficiatis, subditis vestris custo-
diam simul & disciplinam sedulo adhibentes. Custodiam quidē,
vt ex frequenti commonitione vestra, declinare à malo, & face-
re bonum, peccata refugere, & virtutes sectari discant. Discipli-
nam verò, vt malitia obstinatos, negligētia torpentes, prauis mo-
ribus corruptos, & alios deprauantes (si qui tamen apud vos in-
ueniuntur tales, vsque adeo suæ professionis immemores) cor-
rectionis seueritate coerceatis: sic enim faciētes, & vobis, & no-
bis benè consulētis: Meminisse enim debemus, quòd sub graui
comminatione, speculatores, & custodes nos posuerit Deus eo-
rum, quibus praeficimur, pro quibus rationem reddituri sumus,
& nos graui culpa alligari, si vitia subditorum, quæ potestate no-
bis tradita, corripiendo, emendare debuimus, dissimulando, nu-
trierimus, & auxerimus. Quod, vt credimus, minimè facere vel-
letis. Et ideo mittimus ad vos cōfirmationem vestram, in domi-
no Deo sperantes, quòd, quos sic vocauit, & elegit, etiam confir-
mabit, solidabit que. Vestros bonæ indolis iuuenes, dociles scien-
tiji, & moribus curate instruendos, iuxta decreta nostra genera-
lia, & prouinciæ cōmoditatem. Et si quid vestræ prouinciæ oc-
currerit necessarium, quod iustè concedere possumus, petite vt
obtineatis. valete, & orate pro nobis, vt confectis ad Dei, ac reli-
gionis honorem, istius. N. prouinciæ negocijs, circa principiū.
N. reddamur vobis sani, & incolumes. Datum, &c.

Forma literarum Vicarij Prouinciæ, electi propter obitum Prouincialis, mittendarum ad P. Generalem, pro confirmatione.

4 **R**euere[n]de P. vacante prouincialatu huius nostræ prouinciæ. N. solliciti fuimus nobis de capite, & pastore prouidere, ne diutius absque aliquo capite permanentes, aliquod damnum pateremur. Ideoque citatis per me fratrem. N. correctorem huius nostri conuentus. N. eiusdem prouinciæ (ubi Domino sic disponente) vitam cum morte commutauit, frater. N. præfatæ nostræ Prouinciæ prouincialis, & vocatis, ac expectatis omnibus, & singulis, quorum intererat, ad electionem conuenire, secundum regulares nostri Ordinis sanctiones, die. N. mensis. N. ad sonum campanulæ, capitulum ingressi sumus, cumque locus & tempus eligendi cunctis placuisset, inuocata gratia spiritus sancti, cuius nutu cuncta reguntur, ad mensam coram omnibus paratam accessimus, ibique vota omnium, & singulorum per nosmetipsos in schedulis, iuxta formam facti Concilij Tridentini, inscripta, accepimus. Quibus acceptis, enumeratis, atque apertis, & demum lectis, nominibusque eligendorum in scripta redactis, atque ad numerum collatis, inuentum est, quod pater frater. N. à maiori parte per dictas schedulas electus fuit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Cum ergo electio nostra sit ritè facta, & de persona tam moribus, & religione, quam prudentiæ, & doctrinæ prædicta, rogamus Reuerend. P. vestram, vt eam probare, & electum confirmare, & nobis concedere dignetur, cui nos, & prouinciam nostram commendamus. Datum. N. in nostro conuentu. N. Die. N. & c.

*Sess. ult. de regu.
c. 6.*

Deinde fiat subscriptio hoc modo.

Ego Frater. N. corrector conuentus. N. subscripsi manu propria.

Ego Frater. N. Collega ita esse confirmo.

Et sic de alijs collegis.

Et sic claudantur, sigillentur, & mittantur.

Alia forma ad idem.

Reuere[n]de pater. Postquam Deo placuit, vt cura, & prouidentia Venerandi patris, fratris. N. nostri quondam prouincialis, per obitum destitueretur hæc nostra prouincia, nostrorum partium esse putauimus, secundum regularia nostri Ordinis instituta de idoneo nobis pastore, & capite prouidere, cuius cura, & solli-



Formularium

sollicitudine regeremur. Scimus enim membra nō posse diutius sine capitis directione, cum salute subsistere. Ideoque per me fratrem. N. correctorem huius conuentus. N. in quo die. N. mensis, N. presentis anni transiit de hoc mundo ad Patrem, quondā noster Prouincialis, in dicta, & intimata omnibus, quorum intererat, electionis, dies, cum omnibus qui interesse poterant, & debuerant ad sonum campanulæ (vt moris est) intrauimus capitulum, acceptantibus omnibus locum, & tempus eligendi. Facta igitur protestatione, quod non intendimus nullum admittendum excludere, nec excludendum admittere, & spiritus sancti nomine inuocato, ab omnibus, nullo discrepante, iuxta formam sacri Concilij Tridentini in actibus capitularibus nostri Ordinis præstitutam, & seruari mandatam, electus est pater frater. N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cum igitur hæc electio ritè, & vnanimi voto facta sit, & persona, literis, religione, moribus, & prudentia spectabilis sit, & omnia ex parte dignissima, rogamus R. P. tuam, vt eam nobis concedere, & cōfirmare dignetur sua auctoritate, nosq; & nostrā prouinciam commendatam habere. Datum. N.

Forma confirmandi Vicarium Prouinciæ, electum propter obitum Prouincialis.

Spectabili patri fratri. N. Ordinis Minimorum sacerdoti, ex præse professo, & alijs quibuslibet, ad quos spectat. F. N. eiusdem Ordinis Generalis corrector, & seruus. Humilem in humilileu salutem, non te lateat prouinciam nostram. N. propter obitum sui quondam prouincialis destitutam remansisse, ac subinde à patribus eius legitimè adunatis, quorum secundum eiusdem Ordinis functiones eligere Vicarium intererat, te, cuius sufficientiam probè nouerant, vnanimiter, & canonicè fuisse electum, prout planissimè constat, ex eorum ad nos misso decreto. Quo requisiti sumus, vt eorum electionem confirmare, teque illis concedere vellemus. Nos ergo tuam ad hoc sufficientiam exploratam, atque compertam habentes, quia de tua prudentia, religione, probitate, & charitate, nobis promittimus. Idcirco (nostris collegis vnà mecum assentientibus) electionem prædictam tanquam canonicam probauimus, & eorundem fratrum votis condescendentes, te eis concessimus, atque præfecimus, & auctoritate officij nostri, & præsentium tenore, te damus, præficimus, & confirmamus Vicarium præfatæ prouinciæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vsque ad capitulum Prouinciale proximè celebrandum, in quo (iuxta Foriulienses functiones)

nes) fieri debet noua prouincialis electio, (quod de te summo-
 pere cupimus) isto interim, præcepto nostræ auctoritatis præci-
 pimus omnibus, & singulis, ad dictam prouinciam quomodoli-
 bet pertinentibus, vt te tanquam verum, & legitimum tuum Vi-
 carium respectiue suscipiant, habeant, & venerentur, non obsta-
 tibus quibuscunq; In quorum omnium, & singulorum testimo-
 nium, & robur, præsentis literas fieri mandauimus, manualibus
 nostris subscriptionibus, ac sigillo officij fidem facientibus. Da-
 tum N. &c.

Alia forma ad idem.

Cvm fratres prouinciæ nostræ N. suo legitimo, & ordinario
 prouinciali destituti, conuenissent, vt sibi, & suæ prouinciæ
 prouiderent, diuino (vt credimus) numine inspirati, te cuius pro-
 bitatem, religiosum zelum, in agendis prudentiam, atque doctri-
 nam apprimè nouerant vnanimi voto elegerunt, nosque roga-
 runt, vt eorum electionem probare, teque illis concedere, præfi-
 cere, & confirmare uellemus, quorum votis, & petitionibus faci-
 lè condescendimus: licet enim tibi durum uideri, credamus,
 post gregum uestigia detineri, eorum distrahi curis, infirmitati-
 bus infirmari, passionibus angī, & concuti: confidimus tamen,
 quòd solita prudentia, considerabis te non tibi soli esse natum, &
 charitate Christiana fretus alienos profectus, proprijs commo-
 dis antepones, ac demum Christi, & Apostolorū eius exemplo,
 rem tuam omnem, & si opus fuerit etiam vitam pro fratrum sa-
 lute contemnes. Ideoque his atque alijs animi tui dotibus, & vir-
 tutibus nobis ingentia promittentes, de nostrorum consilio de-
 didimus, præfecimus, & confirmauimus, & auctoritate officij no-
 stri, ac præsentium tenore, te uenerandum patrem fratrem N. da-
 mus, præficimus, & confirmamus Vicarium, caput, & pastorem
 præfatæ Prouinciæ, datumque præfectum, & confirmatum, de-
 cernimus, & declaramus in nomine Domini, usque ad festum
 Sancti Michaelis proximè celebrandum, concedentes tibi isto
 interim debitam tui officij executionem, cum tanta, & tali au-
 thoritate, qualem, & quantam secundum Ordinis nostri priuile-
 gia, & constitutiones habent Vicarij prouinciarum potestatem.
 Mandantes uniuersis, & singulis eiudem prouinciæ fratribus, &
 patribus, vt tibi debitam obedientiam, & reuerentiam præsent.
 In quorum, &c.

Forma instituendi Vicarium Prouinciæ, loco depositi Prouincialis.

Vniuersis, & singulis in Christo dilectissimi patribus, & fra- 6
 tribus, sub sacri Ordinis Minimorum regulæ obseruantia
 in N. prouincia nunc, & pro tempore Altissimo famulantibus
 Frater N. eiusdem Ordinis Gene. & feruus. Suscepti regiminis,
 nos cura sollicitat, vt quæ in prouincijs, non absque dispedio mo-
 nasteriorum, & cultus detrimẽto diuini, seruari vidimus in appel-
 lationem congrui moderaminis, in melius reformemus. Cùm
 itaque inter visitandam prouinciam vestram, non sine (proh vt
 dolor) mentis nostræ amaritudine, reperissemus P. fratrem N. eius-
 dem prouinciæ electum prouincialem, & fratres N. N. collegas
 suos nondum confirmatos, suis demeritis officij priuatione di-
 gnos. Nos de illo super his remedio prouidere volẽtes, per quod
 & ipsi salubriter correcti remaneant, & prouinciã ipsã suo debito
 regimine non fraudetur illos, iuxta Ordinis nostri sanctiones, &
 statuta. post maturam deliberationem, factam cum collegis nos-
 tris, ab officio deposuimus, prout per præsentis depositos, vobis
 declaramus, & nõ prouincia suo pastore remaneret orbata, de
 exemplari vita, & religiositate P. fratris N. plenus informat, illũ
 in Vicarium eiusdem prouinciæ constituimus, ac deputauimus,
 prout harum serie constituimus, ac deputauimus, vsque ad pro-
 ximum futurum festum S. Michaelis Archangeli, de mente Se-
 ptembr. & vt præfatæ prouinciæ negotia, suffultus collegarum
 consilio dirigere, & tractare possit, eidem in collegas venerãdos
 patres fratres N. N. eiusdem Ordinis professores, præbyteros as-
 signauimus, prout præsentium tenore assignamus, vsque ad festũ
 supradictum quo in festo per patres capitulãtes fieri habebit no-
 uũ prouincialis, ac dictorum duorum collegarum canonica ele-
 ctio, quam ad nos transmittere confirmandã volumus, ac intẽ-
 dimus vbicunq; nos esse contigerit, Interim tamẽ ibidem ele-
 cti, exercere potuerunt eorum officium, iuxta nostri tertij Valẽ-
 tini dictaminis sanctiones. Dantes in super eidem obseruãdo pa-
 tri talem, & tãtam auctoritatem, qualem, & quantam per nostrã
 regulam, ac Ordinis statuta, habent Ordinis prouinciales. Mandã-
 tes omnibus, & singulis huius prædictæ prouinciæ superioribus,
 & subditis nostris in virtute sanctæ obedientiæ, sub excommuni-
 cationis quoq; pena, vt eidem in omnibus licitis, & honestis obe-
 dian, & vt ipse cum suis collegis meritum sanctæ obedientiæ cõ-
 sequi mereantur, mandamus, vt onus huiusmodi illis à nobis in-
 iunctum, amore Iesu Christi suscipiant. Datum, & c.

Alia forma ad idem .

Officium credite nobis administrationis exposcit, vt nō solū corrigamus ea, quæ perperam attentātur, verum etiā, ne in futurum illa contra regulæ puritatem attentari possent, debita animaduersione puniamus. Cū itaq; visitātes prouinciam vestrā, seruatis de iure seruādis, non sine graui nostri cordis doloris aculeo peresus, discussis discutiēdis, prouincialatus officio indignū veltrū electum prouincialem inuenissemus, periculis animarum, & locorum eiusdē prouinciæ, ac monasteriorum dispēdijs, quæ ob capitū defectum ipsis solent frequētius euenire, cōgruis remedijs, quantum nobis ex alto conceditur, salubriter intendētes, hāc, modo qui sequitur, prouisionē fecimus, absoluētes, prout per præsentēs absoluimus ab officio prouincialatus præfatū patrem prouincialem, & confisi de solertia, & regimine spectabilis P. F. N. cōstituimus eum loco ipsius, prout per præsentēs constituimus: qui vices, & loca depositi prouincialis per omnia gerat vsque ad proximum capit. prouinciale celebrādum, in quo, iuxta nostras generalis sanctiones fieri debet noua prouincialis electio. Sed vt interim ipse P. N. sic per nos (vt præmittitur) vicarius designatus, & cōstitutus omnia quæ curæ suæ incumbūt, prouinciæ negotia cōmodius subire possit, ac valeat, eidem cōcedimus, & damus omnimodam potestatem in vtroq; foro ligandi, atque soluendi ac omnia, & singula generaliter exercendi, quæ Ordinis prouinciales, ordinaria auctoritate exercere solent, volentes sub obedientiæ mandato, & excommunicationis pœna, omnes præfata prouinciæ fratres, tam superiores, quàm subditos eidem Vicario, in omnibus licitis obedire. Datum, &c.

Forma instituendi Visitatorem Generalem,
in aliqua Prouincia .

7 **D**ilecto in Christo nobis charissimo patri fratri N. Ordinis Minimorum expressè professo, atque sacerdoti, & diuini verbi declamatori. Frater N. eiusdem totius Ordinis moderator, & rector, salutem, & in commissis diligentiam. Cū vultum pecoris nostri (iuxta sapientis præceptum) cognoscere teneamur ex officio, diuersæ tamen, & graues occupationes, quibus nunc detinemur, obsistunt, ne id per nos ipsos agere valeamus, veruntamen tua nobis explorata, & comperta prudentia, & fides tanti apud nos valet, vt quod per nos gerimus, nos ipsos gessisse putamus. Ea propter, cū prouincia N. per nos adhuc visitata non

Formularium

fuerit, & nos de ipsius dispositione certiores fieri cupiamus, eiusdem visitationem tibi commisimus. Ideoque auctoritate officij nostri, & presentium tenore, te venerandum patrem fratrem N. instituimus, & facimus visitatorem generalem prefatae provinciae, damusque tibi in, & super ea, & omnibus, & singulis personis ad eam pertinentibus, tam superioribus, quam subditis, omnem in spiritualibus, & temporalibus auctoritatem, & potestatem, quam ceteri visitatores ex constitutionibus nostris, & ipsius Ordinis approbata consuetudine habere solent, ut possis, & valeas fratrum tuorum delicta, in vera iustitia inquirere, & cum aequa severitate punire, & specialiter carcerandi (si opus esset,) & generaliter omnia facere quae nos facere possumus. Volentes tamen, ut omnia per te rite, & legitime facta, servatis processibus, ad nos transferas, & peractis tuis visitationibus nulla prorsus fungaris, auctoritate, & potestate. Quod onus: ut vigilanter exercere possis, districtè iniungimus omnibus, & singulis praedictae provinciae fratribus, tam capitibus, quam membris, ut nostrae huic parent inquisitioni, & tibi pro executione praemissorum damus in collegam, patrem fratrem N. cuius prouido suffultus consilio, & assensu commissam tibi visitationem discretè ac sapienter discernere, & efficaciter tractare atque diffinire possis, & valeas. In quorum omnium.

Regul. 53.

Alia ad idem.


VNiuerfis, & singulis patribus, & fratribus regni N. seu provinciae N. sub regulari obseruantia minimitanæ familiae militantibus. Frater N. eiusdem familiae Generalis corrector, & seruus salutem, & regularem disciplinam. Noueritis, quod multa mentis amaritudine concitatur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod ob bellorum tumultum, tum etiam ob piratarum, ac maritimarum grassatorum eminentia pericula pergere non possumus ad vos, prout vellem, & vobis opus esset, impediti etiam ab alijs provincijs, quae maximo pere nostram postulant praesentiam. Ne tamen regula nostra, nostraeque sanctiones, tanquam inculta vinea, desertaque paulatim ruant. Quae vigilantis, atque solliciti sunt pastoris, agere cupientes, vna cum nostris collegis, vestrae provinciae bene consultum esse volentes, prouidimus, & ordinauimus, prout per praesentes prouidemus, & ordinamus, constituentes patrem fratrem N. in oculatum visitatorem huius vestrae provinciae, qui suffultus prouido, & sano consilio, ac speciali assensu venerandi patris fratris N. in lucernis ardētibus, & vino cum oleo, auctoritate officij nostri

ari uisitet prouinciam uestram. Dantes, & cōcedentes illi in præsmissis plenariam potestatem, & auctoritatem nostram, uisitandi, inquirendi, examinandi, ligandi, absoluedi, puniendi, incarcerandi, liberandi, & rehabilitandi, & generaliter omnia agendi, quæ nos uisitantes agimus, aut agere possumus. Mandantes in uirtute sanctę obediencię, omnibus, & quomodolibet patribus, & fratribus ad dictam prouinciam pertinentibus, ut præfato uisitori, à nobis (ut præmittitur) constituto, in his, quæ nostrę professioni non aduersantur, obsequentissimè obediant. In quorum omniũ, & singulorum fidem, &c. Datum, &c.

Forma instituendi uisitatorem in aliqua Prouincia, seu conuentu, propter rumorem alicuius malę famę auditę, contra Prouincialem.

8 **N**Os frater N. totius Ordinis Minimorum Generalis moderator, & rector, prouido religioso patri fratri N. salutem, & in commissis diligentiam. Deus omnipotens, ut nos à præcipitandę sententię prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomę, noluit audita iudicare, priusquam manifestè cognosceret, quæ dicebantur. Vnde ipse ait, descendam, & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me opere compleuerint. Carissime frater, Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed ei omnia manifesta sunt, antequam fiant, non ideo hæc, & alia multa, quæ ob prolixitatem hic non inferuimus, per se inquirere dignatus est, quod ea ignoraret, sed ut nobis exemplum daret, nè præcipites in discutiendis, & iudicandis negotijs effemus, & nè mala proximorum, prius quisquam præsumat credere, quàm probare, cuius exemplo monemur, nè ad proferendam sententiam aliquam unquam præcipites simus, aut temerè iudicemus, dicente ueritatis uoce, nolite iudicare, & non iudicabimini. Si enim Deus cognitor omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usque peruenerat, omnia sciens, prius nec credere, nec iudicare uoluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, quæ audiret, opere comprobaret, quanto magis nos, qui sumus homines, & peccatores, quibus incognita sunt occulta cordis humani. Propterea, cum per clamorem, & famam ad aures nostras peruenerit, non quidem à maleuolis, & maledicis, sed à prouidis, & honestis, non semel tantum, sed sæpe, nonnulla magni momenti facinora, per patrem prouincialem prouincię N. indies committi, quæ sine grauis scandalo, & dispendio præfate

Gene. 18.



præfatae provincie tolerari non possunt, exemplo præfato præmoniti, nolimus quidquam in eum iudicare, & damnare ante veram, iustamque probationem. Ideo de tui animi sagacitate, & religionis zelo confisi, te præfatum patrem N. in nostrum specialem visitatorem, in & super dicta provincia delegamus, vt ea inquiras, inuestiges, examines, & interrogas, quæ ad veritatem negotij tibi commissi facere videntur. Dantes tibi super hoc omnem nostram auctoritatem, & specialiter excommunicandi, & generaliter omnia faciendi, quæ nos facere possumus (non tamen absoluedi dictum Prouincialem, nobis inconsultis.) Sed quoscumque alios tam Correctores, quam subditos (si opus esset) & vt melius prædicta exequi valeas, damus, & assignamus in actorum scriptorem, patrem fratrem N. quibus omnibus in scriptis fideliter redactis, ea ad nos, quam citius fieri potest clausa, & sigillata transmittas, vt cum nostris collegis debitè, & de iustitia prouidere valeamus. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Forma instituendi visitatorem in aliqua provincia,
ad clamorem aliquorum .

OMnibus, & singulis patribus, & fratribus, tam superioribus, quam subditis, in nostra provincia N. constitutis, sub suauis iugo ordinis Minimorum S. Francisci de Paula. Frater N. eiusdem Ordinis corrector, & seruus, salutem, & diuinis semper obedire mandatis. Cura gregis Dominici nobis commissa, tanto nos vigilantiores efficit, quanto (si desides, & remisse egerimus) coram summo pastore, nos ratione reddituros cognoscimus. Cum itaque per nonnullas patrum præfatae provincie literas, multorum approbatione subscriptas, non semel, sed sæpe fideli relatione didicissemus, inter vos dissidias esse, & quod peius est, in dies oriri, quæ non parum solent, sicut accepimus, istius provincie pacem perturbare, quia igitur debemus, quantum ex alto permittitur, pacem inferere, remouere scandala, iurgiorum amputare materia, & intelligere super egenum, & pauperem, quia non in fine obliuio erit pauperis, & patientia pauperum, non peribit in fine: huic rei prouidere volentes, auctoritate officij nostri, præsentium per tenorem, de speciali consilio, & assensu aliorum collegarum nobiscum assistentium, instituimus, damus, & facimus visitatorem præfatae provincie, venerabilem patrem fratrem N. nostrum collegam, dantes sibi super omnibus, & singulis personis, ad dictam provinciam pertinentibus, tam capitibus, quam membris, omnem in spiritualibus, & temporalibus auctoritatem, & potestatem, quam nos habemus, & specialiter, si opus esset priuandi, & suspendendi,
& ge.

& generaliter omnia faciendi, quæ nos facere possumus, etiam si mandatum exigent speciale. Mandantes singulis prænominatis patribus, & fratribus, vt præfato à nobis specialiter deputato visitatori, (vt præmittitur) libentissimè obediant, qua uisitatione finita, nulla prorsus auctoritate, neque præminencia, præfatum visitatorem volumus gaudere, & uti. In quorum omnium, & singulorum, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

AD vniuersalis Religionis nostre regimen, diuina clementia Avocati, inter alia pro commissarum regularium personarum, votiuæ dilectione occurrit præstantia, vt exorta inter ipsas, principis tenebrarum astutia, discordiarum fomenta nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere, vt cuiusuis altercationis euulsis feminibus, pacis, & tranquillitatis dulcedinem, inter creditas nobis personas, diuina nobis assistente gratia imponere, & conseruare valeamus. Cupientes itaque, vt sciscitatur inter vos (proh vt dolor) dissidiarum ad pacis, & vnitatis vinculum reducantur, nos qui ad liberandum prouinciam ipsam, ab his tumultis operam dare intendimus, cum Dei adiutorio efficacem, tam graues transgressus vltèrius sustinere nolentes, præsentium tenore instituiamus, & creamus visitatorem inter vos, spectabilem patrem fratrem N. qui omnimoda auctoritate officij nostri, seruatim sollennibus, unicuique vestram reddere possit, quod singulorum meritum, siue demeritum requirit, adhibito sibi in consilio, & scriptore omnium actorum, honorando patre fratre N. Dantes sibi in præmissis auctoritatem, specialiter, carcerandi, & generaliter omnia faciendi, quæ nos facere possumus. Mandantes propterea vobis prænominatis, vt illum tanquam verum visitatorem, durante huiusmodi uisitatione, humili affatu, ac reuerentiali gestu veneremini, poenitentiam salutarem ab eo humiliter, absque contradictione suscipietes, vt tandem de manu domini, veniam, & indulgentiam omnium peccatorum consequi mereamini.

Forma instituendi Vicarium Generalem, in aliqua prouincia, seu Regno, pro emergentibus negotijs debite terminandis.

Dilectis in Christo Iesu patribus, & fratribus minimitanis Ordinis Sancti Francisci de Paula, sub regulari disciplina in Italia, seu in prouincia N. nunc, & pro nostro triennio in Domino famulan-

Formularium

famulantibus frater N. eiusdem professionis vniuersalis Cor-
rector, & seruus, salutem, & spiritum salutaris obedientie. Cum sit,
quod nouis emergentibus causis, nouis est succurrendum reme-
dijs, non immerito ex statutis nostris regularibus permittitur ad
cuncta nobis subdita loca, liberè posse fratrem aliquem idoneū
pro imminentibus negotijs debitè terminandis delegare, quorū
debitè terminationi benè consultum esse volentes, nè post no-
strum à vobis discessum, incommoda pariantur cōuentus, & fra-
tres, in præfato regno, seu prouincia, plenaria nostra auctoritate
instituiamus, & delegamus venerandum patrem fratrem N. atq;
ita institutum, & delegatum, vobis de speciali consilio, & assensu
nostrorum collegarum declaramus. Volentes, vt cum occurren-
di huiusmodi negotijs emergentibus, necessitas exegerit, acces-
sito in auxilium honorando patre fratre N. sibi ad hoc specialiter
assignato, valeat, ac possit omnia cum pace, & tranquillitate, di-
cretè, ac sapienter determinare, & si opus fuerit, eorum infor-
mationem ad nos transmittere. Declarantes præfata negotia qui-
bus præsentium per tenorem, volumus per ipsum, auctoritate of-
ficij nostri prouideri, intelligi, & esse debere, circa fugitiuorum,
& apostatarum prouisionem, ac differentias omnes exortas inter
ordinarios prouinciarum prælatos, & eorum subditos, nec non
circa prouisionem alicuius incidentis, in aliquo conuentu, seu
loco emergentis, vbi incuria, & negligentia ipsius ordinarij non
prouiderentur. Dantes, & concedentes sibi in præmissis omnimo-
dam potestatem, quam nos habemus, & specialiter carcerandi, &
liberandi, ac omnia alia generaliter faciendi, quæ nos facere pos-
sumus. Quod onus, vt vigilāter exercere possit, districtè iniungi-
mus, omnibus, & singulis præfati regni, seu prouinciæ fratribus,
rām præfidentibus, quàm subditis, vt nostræ huic pareant iussio-
ni, & sibi quotiens opus fuerit, in prædictis omnibus debitā obe-
dientiam, & reuerētiam præsent. Declarantes insuper, ad tollen-
dum omnis ambiguitatis scrupulum, quod nolumus præfatum
nostrum vicesgerentem, in aliquo conuentu, seu loco præfidere,
nisi cum fuerit in actu debitè terminandi emergentia negotia, vt
præmittitur. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem .

Venerabili religioso, nobis in Christo dilecto minimitanæ fa-
milie expressè professo, ac fidelissimo diuini verbi declama-
tori patri fratri N. Frater N. eiusdem familie humilis generalis, &
seruus, Spiritus sancti consolationem, & commissis diligentiam.
Negotiorum multitudo, & grauitas, meique corporis, & virium
imbe-

in:becillitas, non permittunt, me singulis quibusque partibus, (prout uellem, & ipsis opus esset) intendere. Et quia melius, & diligentius singula prouidentur, cum frequētius, & proprius dispi-
 ciuntur, tibi uenerādo patri fratri N. qui in hoc nostro regno, seu prouincia degis, & ex propinquo crebrius inuestigare, & pēnitus nosse, & religioso zelo, atque prudentia, male, vel minus bene facta, corrigere, & bona promouere sufficis, in eadē prouincia uices nostras committere decreuimus. Ideoque auctoritate officij nostri, & presentium tenore, te uenerandum patrem fratrem N. prefatum damus, instituimus, & p̄ficimus uicarium nostrū, in, & super dicto regno, & prouincia, ac super omnibus, & singulis eius fratribus nobis subditis, ut quotiens opus fuerit plenaria auctoritate officij nostri licitē fungi possis, & ualeas, quam nos habemus etiam corrigendi dictorum fratrum excessus, & generaliter omnia faciendi, quæ nos facere possumus, etiam si mādatum exigerit speciale, adhibito tibi in consilium aliquo idoneo fratre sacerdote expresse professio, eiusdem prouinciæ, qui melius secundum Deum uidebitur expedire. Quam tamē officij tibi commissi executionem, ob prouinciarum tranquillitatem, & quietē nolumus extendi, nisi tātum in illis casibus, in quibus incuria aliqua, & negligentia, ordinarij prouincialis non prouideretur, & illis, in quibus ipse prouincialis, suis exigentibus demeritis ueniret puniendus. Præcipientes cunctis eiusdem prouinciæ fratribus, etiam superioribus, ut in præmissis absq; vlla contradictione tibi pareant, & obediant. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Forma instituendi Præsidentem per Patrem
 Generalem, in aliquo cap. prouinciali celebrando.

II **N**Os frater N. Generalis Corrector, & seruus Ordinis Minorum S. Francisci de Paula. Vniuersis, & singulis patribus capitulū prouinciale in prouincia N. & proprie in cōuentu N. celebraturis, presentes literas nostras inspecturis, lecturis, uisuris, & legi auditoris, salutē in domino, & presentibus fidem indubiā adhibere. Supra gregē dominicū nostrę uigilantię diuinitus creditum, uigilis speculatoris, prout nobis desuper cōceditur, exercētes officium ad ea, per quæ animarum saluti, nobis commissarū, cum diuini nominis gloria, consuli ualeat, libenter intēdimus, ut ipsius religionis onus, nobis meritis (licet imparibus) conceditum, adoptata ducatur. Sanē cum sit ars artium regimen animarum (nam in eo stant superiores, rōnem reddituri, pro animabus

Formularium

subditorum (ideo non omnibus committendū, sed his solis, qui sunt in Dei amore feruidi, & in religionis obsequantia experti. Propterea cupiētes, vt apud vos electio fiat de pastore, qui in prouincia uestra, quod infirmum est, consolidet, ægrum sanet, quod contractum alliget, quod abiectū, reducat, quod periit, requirar, & quod maximè ad rem, & consolationem nostram facit, qui viā nostram ad vos præparet, & rectas faciat ad vos semitas nostras, vt cum illuc venerimus, nihil in vobis distortum, nihil abruptum, nihil obliquum, sed praua indirecta, & aspera in vias planas offendamus. Præsentium per tenorem, quod per nos facere non possumus, ab alijs occupationibus, quibus nunc detinemur, impediti, explorata, & comperta prudentia, & vigilantia venerabilis patris fratris N. nostri fidelissimi collegæ, eum auctoritate officij nostri in præsentem vestri capituli prouincialis loco, & vice nostris dedimus, constituiimus, & delegauimus, atque sic datum, constitutum, & delegatum vobis declaramus in virtute Spiritus sancti, cum omnimoda nostra facultate, etiam assignandi aliquos fratres alienæ prouinciæ (si opus esset) & generaliter durante capitulo, omnia faciendi, quæ per nos facere possumus. Præcipientes vobis singulis prænominatis, vt illum in præmissis omnibus, absque vlla contradictione obsequentiſsimè, omni qua decet reuerentia, recipiatis, acceptetis, & obediatis, in quorū omnium, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

AD regimen curæ Generalis, quanquam in meriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderijs, vt debemus, quod per nostræ diligentia studium, ad quarumlibet prouinciarum, & monasteriorum regimina, & alia ipsius ordinis beneficia, iuxta diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis effectum, viri assumantur idonei, qui præsent, & profint committendis eius prouincijs monasterijs, & beneficijs prælibatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum correctorium Generalium vestigijs inhærendo, ad huiusmodi vestrum proximè celebrandum capitulum prouinciale, vice, & loco nostro destinauimus, præfecimus, & assignauimus patrē N. atq; sic destinatum præfectum, & assignatum, vobis præsentium per tenorem, declaramus, vt in dicto vestro proximo prouinciali capitulo, loco nostri præsentialiter assiat, atque cum omni vigilantia præsideat, & que nostræ sunt sollicitudinis, durante vestro capitulo plenariè, & liberè exercere valeat, & possit, cū facultate etiam

etiã assignandi aliquos fratres prouinciæ vestrę, necessarios, bona spe adducti, quod ipso rectore, & duce, electionem vestri pastoris, ad foelicem exitum taliter deducturi estis, quod sub præclaro eius regimine, in omnibus, & per omnia, vestrę prouincię bene consultum sit, & nos de sua promotione debite gratulari possumus, & vobis gratias agere de tanta, & tali electione, quod arduum negotium, vt felicius peragatis non desistimus dominum obnoxie toto corde præcari, vt mentes vestras illuminare dignetur, omni sinistro fauore, ac liuore prorsus seclusis.

Alia forma ad idem.

Commissa nobis pastoralis functionis laboriosa sollicitudo efficit, vt quod per nos non possumus, per alios faciamus. Cum itaque nobis meritis (licet imparibus) nostri Minimorum ordinis regendi, & in obseruantię regularis decore retinēdi, nec non ad meliora prouehendi, diuina dispensatione, cura demandata est. Nihil esse arbitramur, quod magis in votis habere debeamus, quam vt illi, qui in partem huiusmodi laboriosę sollicitudinis nobiscum vocati sunt, tales sint, quales nos esse oportet, & esse cupimus. Cum igitur pastor debeat præesse in sollicitudine, maximè circa prouinciale regimen alicui committēdum, & vos in præsentiarum de more religionis nostrę, & statutorum nostrorum exigentia, in locum vestri capituli prouincialis simul conuenire debeatis, vbi nos frater N. eiusdem instituti Generalis indignus, corporali præsentia, veluti potentia adesse non possumus, quemadmodum forsã utile, & necessarium foret. Idcirco operepretium putauimus, honorandum collegam nostrum patrem fratrem N. vicegerētem nostrum specialem in hoc negotio committere, ac delegare, vt in vestro proximo prouinciali capitulo præeminentia, & auctoritate officij nostri gaudere valeat, ac possit, sicut per præsentes ei concedimus.

Forma instituendi præsentem in capitulo prouinciali, quando prouincialis ibidem adesse non possit.

Dilectis in Christo patribus, & fratribus nostris multũ honorandis, capitulum prouinciale huius nostrę prouincię in cõuentu N. celebraturis. Frater N. præfatę prouincię minimus prouincialis, & seruus, salutem, & pacem in domino. Noueritis,

Formularium

quòd diuersæ, & graues occupationes, quibus detinemur, obfistunt, nè id per nos ipsos agere valeamus, quod summo opere cupimus. Sanè cum tempus celebrationis capituli prouincialis huius nostræ prouinciæ iam instet, & nos ibidem adesse corporali præsentia, prout vellemus, nullatenus possumus, auctoritate decimi capituli Correctorij nostri, nobis in hoc casu specialiter suffragante, in præfati præfati capituli damus, instituumus, & delegamus, atque ita datum, institutum, & delegatum vobis declaramus, spectabilem patrem fratrem N. nostrum fidelissimum collegam, qui in dicto capitulo loco nostro præsentialiter assistat, atque cum omni vigilantia præsideat, quæ nostræ sunt sollicitudinis exequuturus, quo quidè capitulo durante, omnimoda potestate nostra uti, ac gaudere poterit, sicut per præsentem ei concedimus, cum facultate assignandi in quolibet conuentu vnà cum patribus diffinitoribus electos Correctores in quolibet conuentu, ac illos transferendi, & de conuentu in conuentum mutandi, ac etiam cassandi, & alios eligendi iuxta Generales nostri Ordinis functiones. In quorum omniũ, & singulorum fidem, &c. Datum, &c.

c. 1. J. d. 21.

Forma instituendi Præsidentem in capitulo Generali, quando Pater Generalis ad illud accedere non posset.

NOS frater N. vniuersæ congregationis minimitanæ familie, 13
Corrector Generalis, & seruus. Patribus, eandem congregationem legitimè in Spiritu sancto representantibus salutem, & Spiritus sancti consolationem. Iniunctum nobis Generalis seruitutis officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens, ad prouidam ecclesiæ suæ directionem, sanctis patribus in nomine suo congregatis, diuinitus inspirare dignatur, ad eius laudem, & gloriam, incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Correctorij nostri dispositionem, cunctis prælatis eiusdem congregationis, dum eorum capitulis præsidere non possunt. Illuc eorum loco, aliquem fratrem idoneum patentibus literis delegare expressè, & liberè permittatur, nostræ sollicitudinis partes in hoc esse cognouimus, si stantibus legitimis impedimentis, nostrum ad vos incolumen, impediens iter, præsentium per tenorem aliquem fratrem idoneum præfate congregationi, capitulum Generale celebraturæ præficeremus, nè sine capite rectore, & duce stanti periclitari eam contingat. Quare confisi de solertia, & diligentia spectabilis patris fratris N. sacre Theologiæ profes-

professoris, ac maximi diuini verbi declamatoris, eum de speciali consilio nostrorum collegarum præfecimus, instituumus, & delegauimus in nostrum specialem vicegerentem, atque ita præfectum, institutum, & delegatum declaramus, vt in præfata congregatione, loco nostri præsentialiter assistat, atq; cum omni vigilantia præsideat. Rogantes, & obsecrantes Dominum, quem toto corde præcæmur, vt suo sancto Spiritu, vestras eligentium illuminare dignetur mentes, ad prælatum assumendum in sui honorem, religionis decorem, & vtilitatem, fratrumque consolationem, qui, vt omnia paucis perstringam, sermone, & opere sit potens, & sensus exercitatos habeat, sinistro fauore, ac liuore profus exclusis, cuius opera, & studio quod in religione nostra infirmum est, consolidet, quod ægrum, sanet, quod confractum, alliget: quod abiectum, reducat: & quod perijt, requirat. Valet in domino. Datum, &c.

Forma instituendi delegatum in capit. Generali, quando Prouincialis ad illud accedere non potest.

14 **R**euereudis patribus, capitulum Generale feliciter celebrantibus. Frater N. Minimus prouincialis in prouincia N. pacem, & spiritus vnitatem. Noueritis, quod non ab re iura canonica benè consultum esse volentia, quæ sunt humanæ infirmitatis decreuere, quod si ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum grauis necessitas detinerit, per se legatum ad Synodum mittat suscepturus (salua fidei veritate) quicquid synodus statuerit, quod valeant prælati legitimè excusati, ad capituli Generalis celebrationem, legatum mittere, fideliter pro ipsis quicquid ibidè opportunum fuerit respõsurum. Cùm itaque, sicut accipere poteritis ex testimonialibus literis, grauis infirmitas corporis mei (qua nunc detineor) obsistat, ne ad vos (prout animo erat) venirem, confusus de doctrina, & prudentia patris fratris N. de speciali consilio, & assensu meorum collegarum, præsentium per renorem legatum ad vos mitto, vt vices, & vota, officij prouincialatus huius nostræ prouinciæ in hoc præsentii vestro capitulo generalis licitè, & liberè valeat, & possit exercere. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

c. Epif. dist. 18.

Alia forma ad idem.

104.

Consueuerunt sacri Ordinis nostri Minimorum superiores prælati, auctoritate statutorum eiusdem Ordinis, ad retinendam puritatem, & obseruantiam præfati Ordinis, quæ in capitulorū generalium celebratione magna ex parte consistunt delegatum destinare, vbi eorum præsentia legitimè impedita adesse non posset, ego igitur vetustum, & sollennem hunc morem, auctoritate eorundem statutorum, graui corporis mei infirmitate, & virium imbecillitate (quibus nunc grauissimè detineor) impeditus, facientibus super his plenam fidem quibusdam autentici, quas ad vos mitto literas, præsentium exhibitorum exemplaris, & religiosissimæ vitæ patrem fratrem N. in vices, & partes meas, tam in votis proferendis, quàm in quibuscunque alijs functionibus generalibus in hoc præfati capitulo, instituto à vobis benignè, & gratanter acceptandum. In quorum omnium, & singulorum, &c.

Forma instituendi Vicarium super tota Prouincia
per discessum Patris Prouincialis ad Capitulum
Generale, vel alibi.


Vniuersis, & singulis venerandis patribus, & in Christo Iesu dilectis fratribus Ordinis Minimorum sancti Francisci de Paula in prouincia N. constitutis. Frater N. eiusdem Prouinciæ Prouincialis, & seruus, salutem, & pacem in Principe pacis. Noueritis, quod vices, & vota pastoralis officij, a deo continua successione in Ecclesia Dei necessaria extiterunt, quod Dominus noster Iesus Christus nunquam voluit de hoc mundo transire ad patrem, quin easdem vices, & vota Petro Apostolo, suisq; simul successoribus in totius vniuersalis ecclesiæ regimine, & cura delegasset. In cuius figuram, excelsus Dominus (vt in libro deductionis Israel legitur) postquam ostendit similitudinem tabernaculi, & vasorum collocandorum per Aaron, & filios eius, demum dixit: perpetuus erit cultus per successores eorum coram filiis Israel. Quam ordinatam successione, iuxta illud Davidicum, & episcopatum eius accipiat alter allegauit Petrus in noua apostolatus electione. Quiq; de in lacrimarū valle, ad sublimè aulam transiens, Clementem huius nominis primum, in plenitudine suæ sedis collocavit. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, decreuimus

Exod. 27. & 28.

Actuum. c. 1.

3. g. 1. c. vndi.

15



mus à dicta prouincia non discedere, quin prius prouida facta consideratione, eidem Vicarium constitueremus, qui potestate, & nostri prouincialatus auctoritate, in omnibus licitis, & honestis uti, ac gaudere ualeret, ut in omnibus, & singulis dicta prouincia rebus, post nostrum inde discessum ad capitulum generale proximè celebrandum ritè, & optimè remaneret prouisum. In cuius quidem prouisionis, ac deputationis onere, pro nostri concediti muneris executione, de collegarum nostrorum speciali consilio, & assensu, præfata Prouinciæ in pastorem curam, ac regimen (usque ad nostrum summo opi. flamine reditum) præfecimus, constituimus, & deputauimus, prout præsentium tenore præficimus, constituimus, & deputamus in nostrum specialem vicesgerentem, spectabilem patrem N. Dâtes eidem talem, & tantam, qualem, & quantam per nostram religionem ex regula, & priuilegio habet prouinciales auctoritatem, & potestatem, & specialiter visitandi, priuandi, & deponendi, & Generaliter omnia faciendi, quæ per nos facere possumus. Mandantes insuper omnibus, & singulis præfata prouinciæ fratribus, in virtute spiritus sancti, ut illi in omnibus nostræ regulæ, & eorum animæ non contrarijs, humiliter obediant. Illumque etiam humili affatu, ac reuerentiali gestu venerentur. Quod onus, ut vigilâter possit exercere, pro emergentibus præfata prouinciæ rebus, debite terminandis, in eius vnicum adiutorem totiens, quotiens sibi expenderit, venerandum patrem fratrem N. assignauimus, prout præsentium tenore assignamus. Cuius prouido suffultus cõsilio, & assensu, præfata prouinciæ negotia discretè, & sapienter discernere, & diffinire possit. In quorum omnium, & singulorum manibus roboratas, ac præfata prouinciæ maiori sigillo impressas. Datum N. in adibus nostri conuentus N. anno reparationis humanæ N. die vero, &c.

Alia ad idem.

Dilecto, in Christo Iesu patri N. salutem. Cum ad celebrandum nostrum, iam instans Generale capitulum proficisci debeamus, & esse extra prouinciam, ne propterea detrimentum patiat, si absque capite directore permaneat, vices nostras, in & super ea tibi committere decreuimus. Ideoque auctoritate officii nostri, te venerandum patrem fratrem N. præfatum damus, instituiimus, & præficimus vicarium nostrum Generalem, in & super tota nostra prouincia N. atque ita datum, institutum, & præfectum declaramus, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. damusque



Formularium

musque tibi in, & super ea, & omnibus, ac singulis cenobijs, monasterijs, conuentibus, locis, ac domibus, nec non omnibus, ac singulis fratribus, sororibus, ac vtriusque sexus personis, tam capitibus, quam membris, etiam tertij Ordinis ad eam quoque modolibet pertinentibus, omnem in spiritualibus, & temporalibus auctoritatem, & potestatem, quam nos habemus, & specialiter confirmandi (si opus esset) non tamen absoluedi correctores, nobis inconsultis, & generaliter omnia faciendi, quæ nos facere possumus, etiam si mandatum exigent speciale, quæ auctoritas, potestas, & officium incipiant, durent, ac locum habeant, quam diu fuerimus extra prouinciam. Mādantes tam tibi, quam omnibus, & singulis supranominatis, in virtute sanctæ obedientiæ tibi quidem, vt dictum vicariatus officium suscipias, & diligenter exequaris, illis verò, vt te tanquam vicarium nostrum suscipiant, habeant ac venerentur, non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

ET quoniam absentia nautæ, surgentibus vndis, submergitur aliquando nauis, cum propter nonnulla negotia tibi non ignota, & nostræ prouinciæ necessaria expediat Nos Neapolim, vel Romam ire, ne isto interim aliquid emergat, virtute presentium, te in nostrum speciale vicarium totius prouinciæ præficimus. Dantes tibi in, & super ea vices, & vota nostra specialiter incarcerandi, corrigendi, & relaxandi, & generaliter, quatenus opus esset, omnia agendi, quæ nos facere possumus, prout tuæ prudentiæ, & iudicio expedire videbitur, quæ omnia volumus, & mādamus, vt exequi valeas, & possis consultis nostris collegis, vel ipsorum aliquo, si omnes commodè habere non potueris. Et vt his fides adhibeatur indubia, eas nostri sigilli officio muniuimus. Datum, &c.

Forma confirmandi zelosum.

Nos frater N. totius Ordinis Minimorum Generalis, & seruus. Vniuersis, & singulis presentes nostras literas patentes inspecturis, fidem facimus, & attestamus, quatenus à patribus, capitulum generale eiusdem Ordinis legitime in spiritu sancto celebrantibus, iuxta ipsius Ordinis instituta, in ciuitate N. per viam secreti scrutiniij in prædicti totius Ordinis procuratorem zelosum, ad eiusdem Ordinis negotia in curia Romana sollicitè satagēda, nobis ibidem præsentibus, canonicè, & vnanimiter assumptus fuit spectabilis, & de religione zelosus amator pater frater N. quæ

præsen-

præsentium per tenorem confirmamus, cum omnibus illis prærogatiuis gratis, & priuilegijs sibi per Generales nostras sanctiones dudum concessas, & in posterum concedendas, atque sicâ nobis (vt præmittitur) confirmatum omnibus, & singulis quibuscunque spectat, harum serie notificamus, & declaramus, præcepto quoque nostræ auctoritatis præcipientes omnibus cuiuscunque conditionis prouinciarum Ordinis nostri, superioribus, & fratribus, vt quæuis negotia suarum prouinciarum, per alium quam per dictû zelosum in curia Romana expedire non audeât, sub pœnis nobis referuatis quod officium, vt vigilantius, & diligentius per præfatum zelosum exequatur, & exerceatur, damus, & assignamus eidem, iuxta nobis per capitula generalia concessam facultatem, in socium obsequētissimum, honestum, religiosum P. fratrem N. quem nullus superior, aut eius vicesgerens nostri conuentus Romani (pro tempore quo dictus pater zelosus eius opera indiguerit) ad alia negotia occupare possit, quòd si ipsum infirmari contigerit, aut ad ipsum sociandum legitimum haberet impedimentum alium consolatiuû fratrem assumendi plenariam auctoritatem, & facultatē, per præsentis cōcedimus eidē, habito tamē tali respectu, & ratione, ad conuentus necessitatem, quòd si P. corrector ipso fratre, quem assumpserit opus haberet (dummodo per ipsum correctorē nil fraudulenter agatur in præmissis) alium sibi pro illa vice desumere possit. Datum, &c.

c. Pau. 24.

c. 3. Rom. 9.

Alia forma ad idem.

A Cceptis à capitulo Generali (quòd nuper in ciuitate N. feliciter celebratum est) gratis, ac desideratis literis comperitum habuimus, fideli èt ex relatione capitulantiû, te ibidem in totius nostri Ordinis procuratorē generalē fuisse creatum. Nos ergo, tuâ ad hoc sufficientiâ exploratam, atq; cōperam habentes, quanquã de tua voluntate, & prōpto animo confidimus, tamē vt meritorû cumulus per obedientiã tibi nō desit, in virtute sanctæ obediētie tibi præcipimus, vt dicti zelosatus officii suscipias & ad illius exequutionē quãto citius te accingas. Quòd si tibi durû, & graue propter onus tibi videbitur, si tamē ad brauiû, & premiû, quæ ex huiusmodi cursu tibi promittuntur, oculos mentis direxeris, si charitatem, qua Christi mēbra complecti debes, tenere uoueris, onus, aut omnino non senties, aut cum suauitate portabis, vel saltem cum patientia perferes. Quæ omnia, quia de tua prudētia, religione, probitate, & charitate, nobis promittimus. Idcirco electionē prædictam, tanquam canonicam, probauimus, & vt

D

omnia



Formularium

omnia quæ tuæ curæ, ac officio incumbunt, & quæ in præsentia-
rum tibi iniunguntur facilius, & liberius perficias, quemcunque
locum ex hoc conuentu nostro Romano, tibi placuerit assumē-
di, potestatem concedimus, & cum correctoris dicti conuentus,
electionis confirmatio ad nostrum immediatè spectet officium,
ne per dilationem confirmationis detrimentum patiatu conuē-
tus, tibi electioni huiusmodi assisendi, & correctorem canonicè
electum, nostra in absentia ab Italia confirmandi, ac à casibus nobis
super fratribus à sede Apostolica concessis absoluedi, nec
non & literas ad nos directas aperiendi, vt de necessarijs tantum
postea nos certiores reddas, plenam auctoritatem, & facultatem
præsentium tenore tibi concedimus, & damus: Insuper iurisdic-
tionē tibi concedimus super conuentū, & fratres laci Vulsani,
seu insulæ Marthæ, vt cū opus fuerit dictū conuentum visitare, &
vbi necessitas exegerit, illinc fratres amouere, & alios mittere, &
assignare, necnō de alijs ibidē prouidere, etiā vicariū cōstituere,
non tamen abiq; legitima causa, & assensu seniorum nostri con-
uentus Rom. polsis. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Forma instituendi zelosum, loco defuncti.

Dilecto nobis in Christo patri fratri N. nostri Ordinis expres-
sè professō. Frater N. eiusdem Ordinis generalis corrector,
salutem, & in commissis diligentiam, noueris, quòd vacante of-
ficio zelotatus nostri Ordinis, propter obitum quondā bonæ me-
morix P. fratris N. ad tale officium, per patres capitulātes in pro-
ximo præterito Generali capitulo, nobis ibidem assistentibus, iā
dudum assumpti, nostrarum partium esse putauimus, (iuxta nos-
tri tertij Romani dictaminis sanctiones) de alio, qui zelosatus
officium sapienter exercere, & honestè gerere possit, ne propter
ipsius vacationem, incōmoda patiantur conuentus, & fratres.
Ideoque de tua fidelitate, longa experientia, sufficientia, & zelo
religionis, plurimum in domino confisi, ad huiusmodi zelosatus
officium (nostris collegis assistentibus) te assumpsimus, substi-
tuimus, & delegauimus, prout præsentium per tenorem te sic as-
sumptum, substitutū, & delegatum omnibus, quibusuis spectat,
declaramus, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Dantes tibi
auctoritatem procurandi & tractandi quæcunque ipsius Ordinis
negoria (licita tamen, & honesta, à iure nostrarum sanctionum
non demantia) tam in curia Romana, quàm alibi, vt tuo officio,
per regularem, & sanctiones nostras permittitur, potiusq; om-
nibus gratis, priuilegijs, & præminentijs, quæ dicto officio con-
ceduntur, tam in conuentu, quàm foris, præcipiētes tibi ad obe-
dientia

117. 96.

3. Rom. 13.

6. Rom. 24.

dientia meritiu consequendum, vt hunc laborem libenter suscipias, & alijs quibuscunque fratribus nostris, ne te à dicti officij exequutione quomodolibet impediât, & cum pro negotijs ipsis tibi extra conuentum fuerit eundem, tibi damus socij electionem, quem tibi nullo pacto volumus impediri. In quorum fidē præsentibus tibi fecimus, nostris subscriptionibus & Ordinis sigillo munitas. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

Postquàm Deo placuit, vt cura, & prouidentia zelantis patris nostri Ordinis quondã zelosi destitueretur per obitũ nostræ Religio, solliciti fuimus de idoneo nobis zeloso, & procuratore prouidere, cuius cura, & sollicitudine, ipsius religionis negotia discretè, ac sapienter discernentur, & efficaciter tractentur, atq; diffinirentur. Te venerandum patrem fratrem N. cõsiderationis oculo respeximus, & in tuã sufficientiam direximus intuitum, sperãtes tua industria, & prudẽtia nostræ Religioni pro eodem officio sufficienter esse prouisum. Et propterea auctoritate officij nostri, & capituli Generalis in hoc nobis specialiter commissã, vigore præsentium te in dicto officio fideliter exercendo assignamus, & sic assignatum instituimus, & facimus te zelosum cum omni auctoritate, & potestate, quam prædecessores zelosi in Ordine nostro, iuxta constitutiones, & approbatam consuetudinem habere solent. Mandantes tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt quamprimum (cõmodè tamen) potueris in nostrum cõuentum Romanum te conferas, præfarum zelosatus officium diligenter exequuturus, remouentes te ab officio correctoriatus huius nostri cõuentus N. ad quod in præsentiarum per electionē dederis, cui curabimus de alio prouidere, iuxta nostras Generales Tholosanas sanctiõnes. Datum, &c.

c. 3. Rom.

c. 7. h. 8. & 10.

Alia forma ad idem.

Noueris, quòd mensibus retrò elapsis, per alias nostras literas in forma commissiõnis expeditas in totius Ordinis nostri negotijs expedendis, loco defuncti bonæ memoriæ prioris zelosi, assumpsimus ipectabilẽ patrem N. quem à nobis (vt præmittitur) assumptum, non sine mentis nostræ amaritudine, per comunes literas conuentus Romani, certiores reddimus, domino disponente, vita fuisse functum. Quare volentes iterum prouidere de alio, qui sciret ipsius religionis negotia sapienter tractare, & expedire, statim sese obtulit coram oculis nostris, vita tuæ



Formularium

probitas, honesta conuersatio, & zelus, quem erga ipsum ordinem geris, & propterea auctoritate officij nostri, vnà cum collegis nostris, te elegimus, substituimus, & delegauimus, prout per presentes eligimus, substituimus, & delegamus, vt ipsius Ordinis negotia (non tamen secularium, sine nostra expressa licentia in scriptis obtenta, iuxta Paulinas sanctiones) fideliter exequaris. Et vt comodius Ordinis negotia expedire possis, patrem fratrem N. tibi in socium copulamus, alias à nobis in dicto officio assignatum. Dantes, & concedentes tibi plenariam auctoritatem, & licentiam, quotiens opus fuerit, pro negotijs religionis expediendis, conuentum exeundi, & vos vnà cum prædicto socio, seu alio, (si necessitas postulauerit) ad Urbem transferendi, per hoc tamē non intendimus, quod dictus socius ab obedientia patris correctoris eximatur, & quòd aliquem ultra suæ professionis locum præminentiam sibi vendicet. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

P. 24. 24.

Forma instituendi P. zelosum in Vicarium Italiæ.

EX debito pastoralis officij nobis (quamquam inmeritis) superna dispositione commissi, periculis prouinciarum, quæ ob pastoris absentiam, ipsis solent frequētius prouenire, cōgruis remedijs quantum nobis ex auctoritate officij nostri cōceditur, occurrere volentes, hanc modo, qui sequitur, in tui personā, prouisionē fecimus, quòd si forsan (quòd Deus auertat) inter correctorem nostri conuentus de vrbe, & fratres sibi subditos, lis aliqua nasceretur alicuius qualitatis, vel cum aliquo dicti conuentus fratre, ex collegarum nostrorum consilio ordinauimus, prout per presentes ordinamus, quòd tu fili Pater zelose, ab ambabus, vel ab earum altera parte inuocatus, possis super hoc prouidere, cum potestate ipsam charitatiuè, & in spiritu lenitatis sedandi, dirimendi, ac reprimendi, culpabilesq; condēnandi, atque puniendi, vt nos facere possemus, si in propria adfuissemus. Id tamen fieri volumus, cum consilio seniorum ipsius correctoris, nisi ipsa altercatio esset cum senioribus, vel eorum altero, tunc enim loco ipsorum, vel ipsius, quo cum dissentio erit, alium, vel alios assumes, in religione moribus, ac virtutibus præ cæteris pollentes, quorum consilio habeas ipsas contentiones sedare, ac partes punire (si opus esset) quam ipsam auctoritatem habeas in his, qui abtque obedientia ad cōuentum nostrum Romanum venerint, ne nostra ex absentia gyrouagi, aut apostatæ temerariam in propriæ salutis perniciem, & Ordinis scandalum, Dei timore

timore postposito, discurrendi, & ad urbem, pro libito, adeundi, audaciam sibi arrogent Ideo harum tenore, auctoritatē tibi concedimus, quatenus dictos apostatas, & gyrouagos ad gremium religionis reducere, ipsisque, & alijs fratribus Romam sine licentia, & obedientia, pro tempore profecturis, pœnitentiam salutarem prouidē iniungere, & ad carceres detrudere, vel punire, nec non de Correctoris eiusdem loci Romani, & seniorum suorum consilio: ipsos prius completa sua pœnitentia ad prouinciam, de qua digressi fuerant, cum obedientia manu propria, & tui officij sigillo debitē suffulta remittere, aut eosdem in dicto conuentu nostro Romano, vel ad alias prouincias possis, & valeas. Quod si etiam inter fratres prouinciarum Italiæ, aliqua occurrerit factio, turbatio, aut scandalum, quibus, per ordinarium prouincialē minime prouidetur, volumus ad ea auferenda, & sedanda, te in omnibus his, vices nostras gerere.

Forma literarum electionis Correctoris Romani,
mittendarum ad patrem Generalem,
pro confirmatione.

29 **R**euerende pater, instante termino electionis Correctoris nostri conuentus sanctiss. Trinitatis de vrbe, die penult. mensis Septemb. hora mane, pro electione constituta, & in dicta, solito more, ad sonum campanellæ, sacris sollennijs prius peractis, capitulum ingressi sumus, vbi repetitis precibus, & factis debitis protestationibus per P. Correctorem, nè aliquis admittendus excluderetur, & excludendus admitteretur, Spiritus sancti inuocato numine, ad mensam coram omnibus paratam, accesserunt tres seniores patres, qui simul cum scriba acceptis cedulis, nominibus tantum eligendorum inscriptis, & illis enumeratis, atque apertis, & demum lectis, inuentum est, quod à maiori parte electus fuit in Correctorem præfati conuentus, P. frater N qui ad ecclesiam deportatus, post Domino gratiarū actiones redditas, ab omnibus gratanter fuit acceptatus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cùm ergo electio nostra sit ritē facta, & de persona tanto muneri idonea, obnixè rogamus Reuerendam P. tuam, vt eam nobis, ac nostro conuentui caput, & Correctorem concedere, & confirmare dignetur, cui nos, & conuentum nostrum commendamus. Datum Rom. &c.

Formularium

Alia forma ad idem .

Reuerende pater. Cum nos fratres vocales conuentus de vrbe, sub regulari obseruantia minimitanæ familiæ militantes, die penult. mensis Septemb. sacris peractis, consummatisque solennijs, capitulariter in locum cap. conuenissemus, vt per vota secreta, nobis, & prefato conuentui de Correctore prouideremus, diuino (vt credimus) numine inspirati, P. fratrem N. cuius probitatem religiosum zelum in agendis, prudentiam, atque doctrinam apprime noueramus nullo precedente speciali tractatu, vnanimi voto elegimus in Correctorem, caput, & pastorem dicti conuentus, atque in eum, nemine discrepante, vota nostra direximus. Ideoque electionem nostram, tanquam miraculo factam, mittimus confirmandam Reuerend. P. tuæ, vt prefatum patrem per nos, (vt prefertur) electum concedere, & dare dignetur, cui nos & conuentum nostrum commendamus.

Forma confirmandi Correctorem, electum in conuentu Romano.

Obseruandis in Christo patribus, & fratribus nostri conuentus sanctis. Trinitatis de vrbe, Ordinis Minorum, Frater N. eiusdem Ordinis moderator, & rector, salutem, & Spiritus sancti consolationem. Acceptis literis vestris singulorum subscriptionibus munitis, facti sumus certiores, (quod gratum, & desideratum habuimus) in vestro capitulo locali, in die S. Michaelis Archangeli nouissime celebrato, seruatis de iure seruadis fuisse electum in Correctorem annum prefati conuentus, venerandum patrem fratrem N. non minus literarum, quam morum probitate clarissimum, cuius confirmationem a nobis vnanimiter petitis, tanquam potestatibus sublimioribus, quibus (iuxta Apostolum, minores subduntur. Idcirco attendentes, quicquid inris potest humana conditio fuisse obseruatum, ita vt nec in ipsa electione experiamus, nec in eligentium personis, quod obsit petite confirmationi, cum collegis nostris, dictum patrem N. ad maiora idoneam vobis damus, & concedimus, & auctoritate officij nostri confirmamus, dantes ei omnimodam facultatem, suum exequendi officium, iuxta nostræ Regulæ obseruantiam, & precipimus vobis singulis fratribus subditis in dicto Romano conuentu constitutis, & pro presenti anno constitutendis, vt prefato Correctori, sic per nos confirmato, in omnibus, quæ Dei honorem, & professio-

nis vestræ rationem decent, promptè obediatis, & humiliter subijciamini. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Forma literarum electionis commissi,
mittendarum ad capitulum
Generale.

21 **N**Os patres capitulantes vnanimè congregati in hoc præfenti capitulo prouinciali celebrato in conuentu N. virtute præsentium literarum fidem facimus, & attestamus, quatenus visis electionibus omnium patrum commissorum, iuxta nostræ Regulæ tenorem, in quolibet conuentu prius factis, ex omnibus pro maiori numero vocum, canonicè electus fuit pater frater N. quem tanquam nostræ prouinciæ N. specialem nuncium, ad hoc capitulum Generale destinamus, qui præsentibus literis testimonialibus legitimè munitus, possit proponere, & respondere ad omnia contingentia valete, & Spiritus sancti gratia sit semper vobiscum. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

FRatres prouinciæ N. Ordinis Minimorum capitulum prouinciale celebrantes in conuentu N. eiusdem prouinciæ. Reuerendis patribus capitulum Generale eiusdem Ordinis celebraturis in ciuitate N. gratia, & pax à dño nostro Iesu Christo. Quoniã iuxta constitutiones nostras, quolibet prouincia fratrem aliquem idoneum, parentibus literis, debitè munitum, eligere tenetur, generali capitulo præsentandis, super attestatione necessitatum singulorum fratrum, & oblatorum, ac locorum eiusdem Ordinis. Id nos nunc fecisse credimus, cum harum tenore, ad vos destinamus, patrem fratrem N. ex omnibus commissis commissorum assumptum, quem sic per nos assumptum à vobis benignè, & gratiose acceptandum humiliter exposulamus, nostris subscriptionibus fidem facientibus. Datum, &c.

Forma literarum electionis discreti, mittendarum
ad capitulum prouinciale.

22 **N**Os fratres vocales huius nostri conuentus N. vnanimè coadunati loco, & more solitis, virtute præsentium literarum notum facimus vobis patribus, capitulum prouinciale celebrantibus, quatenus instante termino electionis discreti nostri conuentus

Formularium

uentus pro tuendis, ac proponendis necessitatibus ipsius, in hoc vestro præfenti capitulo prouinciali, ad id canonicè, & vnanimiter assumptus fuit, pater frater N. quem à vobis gratiosè, ac benignè acceptandum, humiliter exposulamus. In quorum fidem his communibus manibus subsignatis conuentuali sigillo communiuimus.

Alia forma ad idem.

NOs infra scripti fidem facimus, & attestamur, qualiter venerandus pater frater N. electus fuit à maiori parte vocalium nostri capituli, & conuentus, in discretum præfati conuentus. Cum ergo sit electus à maiori parte, & discretus factus, rogamus, vt tanquam discretus admittatur, in hoc vestro præfenti capitulo prouinciali. In quorum.

Forma excusatoria capituli localis, non potentis
eligere discretum, per penuriam fratrum,
sue per discordiam.

NOs fratres locales, huius nostri conuentus, capitulariter cōgregati, requirentes inter nos, vt conuentui nostro de fratre aliquo idoneo, qui discreti officium competenter exequi, & honestè gerere posset, in hoc vestro capitulo prouinciali, prouidissimus, stante penuria fratrum vocalium ipsius cōuentus dictam prouisionem facere non potuimus, quare excusatos nos habentes, rogamus vos vnà, vt nostro conuentui compatientes nos, & illum in suis necessitatibus, vestris in sessionibus commēdatum habeatis. In quorum omnium, &c. 23

Alia forma ad idem.

Reuereudi patres, & si quilibet conuentus (iuxta regulæ nostræ tenorem) fratrem aliquem idoneum in suum discretum eligere teneatur, ad id tamen teneri non credimus conuentus illos, qui penuria fratrum laborantes, nullam ex alienis conuentibus prouisionem habuerunt, iuxta Valentinas sanctiones: quare prouidentia vestri prouincialis capituli confisi, his præsentibus, vos benignè rogamus, vt per vos vnà gratiosè fiat, quod pro utilitate, & necessitate nostri conuentus facere debebat, si sibi discretum elegisset. In quorum, &c.

Propter

Propter discordiam.

Reuereudi patres, & quia quot homines, tot sunt sententiæ, *c. si forte. & ibi glo.*
 tot opiniones. Ideo non mirum, nec reprehensibile esse debet, si vota nostra in eligendo discretum huius nostri conuentus N. inæquales partes (etiam reiteratis vicibus. Iuxta Valētinæ sanctiones) se diuiserunt, maximè quod vtraq; pars bono zelo mota est: quare (iuxta præfatas sanctiones) nullum eorum ad vos destinantes, gratiosè, & benignè obsecramus, vt nos, & nostrum conuentum, vestris in sensionibus, quod pro nobis noueritis expediens, commendatos habeatis. In quorum, &c. *c. 3. Val. 8.*

Alia forma ad idem.

Nos fratres vocales huius conuentus N. vnanimiter congregati, & inter alia considerationis oculo, respicientes ad electionem discreti huius nostri conuentus, non potuimus (etiam ternis vicibus reiteratis) aliquem ex nobis eligere, quod, quia secundum iura, licet non sit religiosum, non est tamen reprehensibile, cum natura humana prompta sit ad dissentiendum. Ideo his præsentibus, vos rogamus, vt nostræ discordiæ compatiētes, omnia boni consulatis, & nos, & nostrum conuentum commendatum habeatis, prouidentes nobis sicut melius vobis (secundum Deum) videbitur expedire. In quorum, &c.

Hæc forma potest fieri de commisso in capit. Generali, mutatis mutandis.

Forma instituendi conseruatores Ordinis.

Reuereudis. in Christo patri, & Domino, D. N. Episcopo N. Frater N. totius Ordinis Minorum humilis Generalis, & seruus, salutem in Dño sempiternam. Romani Pontifices, ad regulariū personarum, quæ relicto sæculo, Dei se obsequio dedicauerunt, pro cōmisso ipsis officio, quieti consulere cupiētes, ad ea remouēda, quæ religiosum earū propositum impedire possunt, curam eorum semper libenter intenderūt, vt nulla re, quæ eas à diuino cultu auocet præpedite secundū Ordinū suorum regularia instituta, & sacrorum canonum decreta tranquillissimè mētibus gratum altissimè impendere possent famulatum. Quia igitur patres nostri in capitulo prouinciali nuper celebrato, in conuentu N. eiusdem

Formularium

*ultimo, de
leg.*
eiusdem ordinis, confisi de tui animi probitate, religioso zelo, atque in agendis prudētia, & doctrina, vna omnium voce te elegerunt, in conseruatorē nostri Ordinis, in hac prouincia N. vt in manifestis iniurijs nobis illatis, iuxta canonicas sanctiones, efficacis defensionis tuæ præsidium, præstare illis digneris: Nos qui prudentiam tuam, doctrinam, religiososque mores, & regiminis experientiam cognouimus, de huiusmodi tua electione, magnopere gratulati sumus, sperātes nos, sub tui muniminis clypeo tutos, & securos esse. Quare præsentium per tenorem, præfatā electionem, quantum nobis ex officio competit, laudauimus, approbauimus, & confirmamus, cum omni auctoritate, & potestate, quā iuxta canonicas sanctiones, & Ordinis nostri priuilegia habēt, & habere possunt ordinum cōseruatores. Quod officium, vt promptiori animo suscipias, & exequaris, auctoritate eorundem priuilegiorum nobis commissa, & vobis concessa, damus tibi plenam omnium bonorū spiritualium cōmunionem, & participationē, quæ per vniuersi nostri Ordinis fratres, & sorores, Deus sua misericordia fieri donauerit. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Forma instituendi procuratores.

Dilecto, ac deuoto viro, in Christo Iesu, magnifico domino N. 25
irater Ordinis Minimorum, animæ, corporisq; salutē. Cū veri claustrales, & religiosi cultui diuino specialiter dedicati ab oratione, & amena cœlestium bonorū cōtemplatione, ob varias suæ religionis indies emergentia negotia pertractandi curas, & sollicitudines retardentur, ac distrahantur, nisi deuotis, ac bonis procuratoribus (qui sollicitè, & fideliter ipsorum curā gerunt) adiuuentur. Ideo de tua erga nos affectione, & singulari deuotione ad Ordinē nostrum simul, & de prudentia dexteritate, ac rerū gerēdarum experientia, cum morum reſtitutione plenissimè informati, collegarum nostrorum assensu, te in procuratorē istius conuentus N. à fratribus nostris iam dudū assumptum elegimus constituimus, & ordinauimus inter visitandum, prout per præfentes elegimus, constituimus, atque ordinamus, cum facultate vtendi, ac fruēdi omnibus, ac singulis priuilegijs, & gratijs nostri Ordinis præcipuis procuratoribus per priuilegia, & indulta apostolica, quomodolibet concessis, dantes tibi plenam omnium bonorum spiritualium, quæ per totius nostre minimitanæ Religionis fratres, ac sorores, Deus sua misericordia fieri donauerit cōmunionem, ac participationem, videlicet, omnium missarū, orationum, abstinentiarum, disciplinarum, vigiliarum, cæterorumq; bonorum per nos à patre luminum descendentium, de cuius bonitate, & munificencia (tuis fauoribus, ac laboribus in spiritualibus

bus respondendo) hæc tibi impartimur, quatenus multiplici suffragiorum adiutus præsidio, augmentum gratiæ in præfenti, & in futuro æternæ gloriæ præmia facilius assequi merearis.

Alia forma ad idem.

A Nimi promptitudo, ac feruidius religionis affectus, quem ad Ordinem nostrum geris, ad nostras peruenit aures, qui non solum Christum verum seruis suis famulari studiosissimè cupis. Vnde nec labori parcis, studio intendens cum Dei adiutorio, Indies plura conferre, propterea nos de morum tuorum probitate, vitæ rectitudine, & fidelitate ad plenum informati, æquissimum duximus per præfentes te procuratorem nostri Ordinis cõstituere, maximè in hac prouincia in qua degis, vt nostra (qua potimur) auctoritate, in omnibus iugiter occurrentibus, procuratoris officium exercere valeas, & tibi liceat vbique nostræ religionis conuentus, huius præfertim prouinciæ, vtilitatem, decorumque efficacius procurare, & pro tui laboris præmio, vltra id quod centuplum Christus Redemptor pollicetur, & vitæ æternæ brauium, te participem facimus, de omnipotentis Dei misericordia, & liberalitate confisi, omnium priuilegiorum, & gratiarum, quæ nostri Ordinis procuratoribus à sede Apostolica cõceduntur, & aliorum bonorum spiritualium, quæ dederit ipse Iesus fieri per vniuersos eiusdem Ordinis fratres, & sorores. In quorum omnium, &c. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

C Vm ex fideli, & nobis grata confratrum nostrorum relatione accepissimus, te nostræ religionis adeo beneuolum esse, quod in omnibus illis rebus, in quibus nostrorum fratrum, quotiens opus est, & vbicunque pro tempore exposulat necessitas, absque vlla spe lucri opem tu laboris gratiosè, & benignè impendis: & in dies maiora conferre studiosissimè cupis. Ideo de tua tali in nos deuota affectione, ac fide, & prudentia informati, præfentium per tenorem, te procuratorem huius nostri conuentus N. delegimus, constituimus, & nominauimus meliori modo, via, iure, forma, & causâ prout per præfentes eligimus, constituimus, & nominamus, cum plena potestate participandi omnium priuilegiorum ipsius ordinis, gratias, & quia in tēporalibus condignas vices facere non possumus, in spiritualibus id facere conamur, dantes, & cõcedentes tibi in oībus missis, orationibus, ieiunijs, & quibusuis suffragijs (authore Deo) per oēs nostri Ordinis

Formularium

fratres, & sorores, in perpetuā peragendis, vt talibus adiutus suffragijs à Dño nostro gratiā, & gloriā cōsequi valeas. Datum, &c.

Forma recipiendi aliquos Illustres Dominos, seu Dominas ad participationem beneficiorum, & gratiarum ipsius Ordinis.

Illustrissimæ Dominæ N. eiusq; vtriusq; sexus charissimi genitis, seu liberis. Frater N. Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, Corrector Generalis, & seruus, animæ, corporisq; salutem in Spiritus sancti cōsolatione, ac p̄speritate. Et si, vt monet Apostolus omnibus simus debitores. Dicat tamē ratio, & æquitas, vt illis magis debeamus, quos sanguinis claritas, ac p̄fessionis Christianæ integritas, ad sublimiora euexit, nostramq; humilem Religionem protegent, & continuè prosequuntur fauoribus, atque beneficijs, quales vos nouimus, & indes experimur, ea propter valde congruum est, vt reciprocè in vos dilectionis ostendamus argumentum spiritualium bonorum exhibitione, cum Petro in temporalibus pauperrimi. Nos igitur Illustr. Dominationem vestram, cum suis genitis, in præcipuos benefactores nostros eligēdo, cum facultate gaudendi omnibus, & singulis priuilegijs, à sede Apostolica nostris benefactoribus concessis, vobis, & vestrum vtriusque præsentium per tenorem concedimus, & damus plenā communionem omnium missarum, orationum, suffragiorum, meditationū, prædicationum, peregrinationū, abstinentiarū, omniumq; bonorum, quæ per singulos, & vniuersos nostræ Religionis fratres, & sorores: vbique. & perpetuò fieri dederit Christus Dominus, de cuius bonitate, & munificencia hæc vobis vltro impartimur, vt talibus adiuti suffragijs, ac bonis operibus mereamini, ab ipso Domino opt. max. bonorum omnium datore, ac remuneratore, in hoc mundo vite felicitatem in sua gratia, & demum in cœlo, æternam consequi beatitudinem. Datum N. anno virginæ partus N. sub nostra manuali subscriptione, & nostri sigillo officii generalatus, ijsque perpetuò fidem facientibus.

Alia forma recipiendi ad huiusmodi
nobiles personas.

IN Christi visceribus sibi admodū deuotissimis nobilibus personis N. N. ac eius vtriusq; sexus liberis. Frater N. humilis Generalis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, perpetuam corporis, & animæ salutem. Feruidus intimæ deuotionis affectus, quem
ad

*Julius 2. concessit
ord. lat. nostris,
et procuratores
sunt participes bo
norum Ordinis,
et in priuilegijs
vnt.*

26

27

ad Ordinem nostrum geritis, merito exigit, vt qui condignas vestræ charitati in temporalibus opes rependere nō possumus, saltem in (spiritualibus, quantum nobis (auctore Deo) suppetit, & nostra facultas sufficit vestris beneficijs aliquid compensemus. Hinc est nobis dilectissimi, quod nos de morum vestrorum probitate, vitæ rectitudine, fidelitate, & deuotione ad plenum informati vos & quemlibet vestrum in nostram confraternitatem admittimus, vobis tenore præsentium dantes, & concedentes plenam facultatem in omnibus missis, orationibus, ieiunijs, vigilijs, disciplinis, peregrinationibus, abstinentijs, & quibusuis suffragijs per vniuersos nostri Ordinis fratres, in perpetuū peragendis specialissimè participādi, vt talibus adiuti suffragijs, à Domino Iesu Christo gratiam, & gloriam consequamini. Datum, &c.

Alia forma recipiendi ad huiusmodi
deuotos viros.

Deuotus vestræ charitatis affectus, quem ad nostrum Ordinem vos habere multiplici, & grata fratrum nostrorum relatione cognouimus, merito requirit, vt beneficia Ordini nostro, Dei benignitate collata, vobis gratius impertiamus, quare de omnipotentis Dei misericordia, & liberalitate confisi, omnium missarum, orationum, prædicationum, studiorum, vigiliarum, ieiuniorum, abstinentiarum, laborum, cæterorumque bonorum operum, ac meritorum, quæ per fratres & sorores nostras diuina bonitas in nostra prouincia, vel in Ordine fieri dederit, vniuerso, communionem, & participationem concedimus, & elargimur, vosq; ad ipsius Ordinis, vel prouinciæ beneficia, & suffragia recipimus, & admittimus, in vita pariter, & in morte, vt multiplici sanctorum suffragiorū adiuti præsidio, hic augmentum gratiæ, & in futuro, vitam percipiatis æternam. In quorū omnium, &c.

Alia forma ad idem.

Ardens deuotionis affectus, quem ad nostrum gentis Ordinem, pijs fauoribus illum prosequentes, merito exigit, vt reciproce in vos dilectionis ostendamus argumentum, & quia temporalium retributione id efficere nequimus, auro, argentoq; cum Petro carentes, cōgruū est, vt ad pijsimi Domini (cuius est terra & plenitudo eius) recurrentes liberalitatem, vestræ charitati respondere, spiritualium exhibitione enitamur. Nos igitur de illius munificentia, & largitate confisi, qui dat affluenter omnibus inuocantibus eum in veritate, vobis, & vestrum cuiuslibet præsentium

Formularium

tium tenore concedimus, & damus plenam cōmunionem cūctorum ipsius Ordinis bonorū, videlicet, orationū, missarū, suffragiorū, meditationum, lectionū, prædicationum, ieiuniorum, disciplinarum, peregrinationum, & omnium aliorum, quæ per vniuersos nostri Ordinis fratres, & sorores fieri donauerit, auctor bonorum, Iesus Christus, de cuius bonitate, & munificentia hæc vobis impartimur, vt multorum adiuti precibus, suffragijs, & bonis operibus, pro paruis magna, pro terrenis cęlestia, pro temporalibus, sempiterna feliciter consequamini, per ipsius benignissimi Iesu bonitatem, qui est super omnia benedictus in sæcula.

Forma instituendi Lectorem principalem in aliquo Conuentu.

NOs frater N. &c. Cum ex cōmissione, immò verius, præcepto multorū capitulorum Generaliū, in quolibet conuētū Prouinciæ magis apto, & idoneo, debeamus de lectore aliquo p̄uidere. Te venerandum P. F. N. cuius doctrinam, docendi facilitatem, & elegantiam differendi, nec non probitatem, & religiosos mores, nō paruo tempore sumus experti, delegimus, cui munus præfatum in aliorum profectum, & tuæ obedientiæ meritum demandamus. Ideoq; auctoritate, vt supra, nobis commissa, te præfatū, damus, instituimus, & facimus, & sic datum, institutum, & factum, assignamus lectorem principalem in conuentu N. præfate prouinciæ, cum omnibus gratijs, priuilegijs, & exēptionibus, quibus huiusmodi lectores potiri, & gaudere possunt, secundum Ordinis nostri instituta. Mandamusq; tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt dictum lectoratus officium, statim suscipias, & ad illius exequutionem, & tuam, pro eo assignationem, quā totius, commodè tamen potueris, te accingas. Datum, &c.

Forma instituendi Prædicatorem.

NOs frater N. &c. Quamquā cęlestis pater familias, per Apostolos, & Apostolicos viros, in fertilissimo ecclesiæ agro, purissima credibilium fidei semina seminauerit, iniqui tamē, & inimici homines (iuxta parabolā euāgelicam) cęsantibus, vel dormientibus agricolis infelicia nō cessant hærētium super seminare zizania. & nū vulpibus illis per prædicatores, tanquā per Sāpionē, ignis tuæ prædicationis, quo Philistheorū cadētium segetes, cremātur alligaretur ad caudas, breui tēpore. Dominicā messem à zizanijs prædicatam plangeremus. Nobis ergo, quibus apostolico priuilegio, & nostris institutis cōcessa est facultas huiusmodi

di prædicatores, & diuini verbi declamatores instituendi, operosius laborandum est, vt hoc munus illis committatur, qui scientiæ lumine, adulterina semina, à veris discernere norint, qui prudenter ijs, quæ discreuerint, remedia adhibere sufficiant, qui primum zelo fidei succensi velint, & animi fortitudine valeant, quæ prudenter disposuerāt, ad effectū perducere, & quia de tuo feruēti zelo, cōstāti fortitudine, efficaci prudētia, catholica doctrina, & vitę integritate cōfidimus, eiusmodi munus tibi committere decreuimus, vt possis, & valeas vbicūq; (in locis tamē licitis, & honestis, & cū permissiōe ordinarij) semina verbi Dei fidelium cordibus inferere, & vt tā præclarū, sanctūq; munus, & opus, nō vacet obedientiæ merito, in virtute sanctæ obediētiæ tibi præcipimus, vt dictū officium suscipias, ac iuxta gratiā tibi à Domino præstitam diligentius exequaris. In quorum fidē his officij nostri parui sigillo impressiōe fecimus communiri. Datum, &c.

Forma mittendi Prædicatorem.

29 **N**Os frater N. &c. Requisiti à Reuerendis. D. Episcopo N. vel à Reuerendis. D. D. canonicis ecclesiæ N. vel à præstantibus officialibus ciuitatis N. vel oppidi N. vt eorum ecclesiæ de idoneo prædicatore pro hac quadragesima, vel vt eorum ecclesiæ virum, qui conciones habere dignè possit: hac proximè futura quadragesima prouidere vellemus. Te venerandum patrem fratrem N. cuius doctrinæ copiam, & sinceritatem, in dicendo facundiam, & efficaciam, in moribus religionem & grauitatem nouimus, designauimus, atque decernimus, cui præfatum munus demandemus. Mandamusque tibi in meritum obedientiæ, vt opportuno tempore, ad dictam ciuitatem te conferas, habiturusque in eius ecclesia conciones, hac proximè futura quadragesima, atque ita te geras, & habeas, vt qui nunc exiens, vadis mittendo verbi semina, post Pascha rediens, manipulorum spirituum fructus vberes referas. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

NOs frater, &c. Recolentes Ordinem nostrum ad animarum salutem quærendam specialiter institutum, & te venerandum fratrem N. zelo salutis earum accensum, tua catholica doctrina, atque naturali facundia, arte, & gratia differendi, id posse præstare, religiosis moribus quæ dixeris comprobare, & demum verbis, & exemplis ad ædificandum ecclesiam sufficere, ecclesiæ N. ad quam pro hac proximè futura quadragesima, pentus fuisti

prædicator, vel à tuis patribus cōcionator decretus fuisti, cōcionatorem definiuimus, damus, & deputamus. Mandantes tibi in meritum obedientiæ, vt opportuno tempore, ciuitatem adeas, & in eius ecclesia N. conciones habeas hac quadragesima, ac ea peracta, ad conuentum tuum reuertaris. Hortamur denique te, vt concioatoris munus suscipiens, verbum Dei, tanquam ex Deo, coram Deo, in Christo loquaris, &c.

Forma dispensandi illegitimè natos fratres professos,
cuius dispensationis facultas concessa fuit à Iulio
Papa 2. in mare magno omnibus Prælatiis,
nostri Ordinis, ac eorum Vicariis.

NOs frater N. &c. Cupientes vt fratres nostræ curæ crediti, religioni, cui addicti sunt in omnibus, ad quæ spiritus sanctus eos vocare dignatus fuerit, liberè valeant deseruire. Te venerandum religiosum fratrem N. quem religiosa vita spectabiles mores, catholica doctrina, & in agendis prudentia, & honesti labores cōmendabilem reddunt, auctoritate Apostolica, nobis, & officio nostro commissa & præsentium tenore, ad omnia, & singula officia, gradus, dignitates, & ordines: etiã sacerdotij, etiam correctoriatu localis, & prouincialis, etiam prædicatoris Generalis, ac diffinitoris prouincialis capituli, & electoris Generalis Ordinis, à quorum susceptione, vel exequutione, ob defectum natalium, secundum iura esse impeditus, habilitamus, & habilem facimus, non obstantibus quibuscunq. In quorum fidem, &c.

POsui hanc formam, quia secundum iura, illegitimè natus, sine dispensatione, non potest eligi in superiorem, etiam si efficiatur religiosus, quia ingressus religionis, licet sine dispensatione habilitet ingressum, quo ad Ordines suscipiendos, non tamen habilitat, quo ad dignitates, & officia curam animarum habentia, vt probat Glos. in c. finali. de filiis presbyt. vnde si aliquis frater illegitimè natus, eligeretur superior, non habita prius dispensatione, electio est nulla c. innotuit. c. cum vinton. de elect. Et ideo fratres prædicatorum per declarationem cap. Gen. habent, quòd illegitimè natus, non potest esse superior, nec Vicarius Prioris in aliquo conuentu, etiam Priore illius conuentus mortuo, vel amoto, nisi cum eo fuerit dispensatum. Vbi est aduertendum, quòd dispensatus circa dignitatem inferiorem, puta, quòd possit esse corrector non intelligitur dispensatus circa maiorem, puta, quòd possit esse prælatus, nisi in dispensatione facta fuerit de præ-

dictis expressa mentio, vt probat Panor. in dicto c. innotuit, & ratio est, quia ad permissionem minoris dignitatis, non venit permissio maioris, sed bene è contra. Et ideo fratres prædicatores per declarationem Cap. Gener. habent, quòd si cum illegitimo nato, dispensatum fuerit quòd possit esse prior, non poterit propter hoc esse vicarius provincialis, aut Prouinciali, nisi in dispensatione de prædictis facta fuerit expressa mentio.

Forma eximendi impotentem ab officijs Ordinis.

31 **D**ilecto nobis in Christo patri, salutem in Domino sempiternam. Nuper tuis precibus nos humiliter rogare fecisti, vt ætati, ac ægritudinibus tuis, quibus grauaris compatientes, te à cuiuscunque superioratus nostri Ordinis cura eximere dignaremur. Nos igitur tuam humilem petitionem, & iustam attendentes, ac ætati, ægritudinibusque tuis paterna protectione salubriter occurrere volentes, vt eo seruentius diuinis valeas insistere seruitijs, quibus libenter manciparis, auctoritate officij nostri, te à cuiuscunque superioratus nostri Ordinis cura eximimus, ac in virtute sanctæ obedientiæ, tenore præsentium, præcipiendo mandamus omnibus, & singulis Ordinis nostri superioribus, & alijs fratribus, ne ad curam cuiuscunque superioratus, acceptandam te astringere possint, nec valeant, non obstantibus quibuscunque. In quorum fidem præsentem nostra manu subscripsimus, sigilliq; nostri parui impresione communiri iussimus. Datum, &c.

Forma liberandi, vel reuelandi ab infamia
eum, qui se purgauit.

32 **N**os frater N. &c. Sacris eloquijs admoniti, vt bonum nomē curemus, famamq; non negligamus, non potuimus a quo animo ferre, te venerandum patrem fratrem N. infamiæ pertagātis labe manere pollutum, sapiens namq; curā (inquit) habe de bono nomine, & Salomon præ diuitijs illud asserit eligibilius, & iterum, illud melius esse, quam vnguenta pretiosa. Cū ergo contra te curreret infamia, quod tale, & tale delictum opere perpetrasses, nos ad illam diluendam, dedimus tibi defensiones, iuxta nostras constitutiones. Idcirco ad releuationem tuæ rāmæ, & dilutionem infamiæ descendentes, visis cum collegis nostris, tuis defensionibus sedentes in camera nostra, in sella, quam pro tribunali, & loco iudicij elegimus. Deum, & iustitiam præ oculis

Formularium

habentes, Christi nomine inuocato, dicimus, pronunciamus, & sententiamus te venerandum patrem N. ab infamia supradicta illatum, & liberum, & in facto innocētem, & iniuste affectum, nomine & infamia prædictis, & tanquam innocentem liberum declaramus, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, Amen. Acta, lata, & lecta, & c.

Forma restituendi ad gratias Ordinis, quibus, Propter delicta quis erat priuatus.

NOs frater N. & c. Scientes peccati veniam, non debere dari nisi correcto, correcto verò indulgentiæ veniam dari: Iura quoque ad parcendum magis, quàm vlciscendum, aut puniendum esse propensa. Te venerandum patrem fratrem N. miserationis, & benignitatis oculo respeximus; & quia correctum, & emendatum credimus, veniæ, & indulgentiæ brachijs suscipimus & amplectimur, ac auctoritate capituli Generalis, vel prouincialis nobis commissa, & præsentium tenore, te fratrem N. præfatum recipimus, ac restituimus ad omnes, & singulas gratias, beneficia, & suffragia, & vtranq; vocem, & locum, & omnia, & quæcunque alia à quorum executione, propter tua delicta, iuxta regularia nostra statuta, vel sententiam per patrem fratrem N. contra te alias latam, vel quomodolibet aliter esses impeditus, aut prohibitus. In quorum fidē his officij nostri sigillo munitis, manu nostra subscripsimus. Datum, & c.

Forma instituendi confessorem monialium.

NOs frater N. & c. Vniuersis, & singulis, ad quorum notitiam hæ nostræ peruenerint, fidem facimus, & attestamur, quatenus ex pastoralis cura nobis (licet immeritis) commissa cupientes providere necessitati animarum sororum nostrarum venerabilis monast. N. ciuitatis N. de idoneo confessore, & ad hoc sufficientiam exploratam, atq; compertam habentes de venerando patre fratre N. auctoritate officij nostri eum assignamus, instituimus, & facimus earum ordinarium confessorem: & quamquam de tua voluntate, & præposito animo confidimus filij, tamen vt meritum cumulus per obedientiam tibi non desit, in virtute sanctæ obedientiæ tibi præcipimus, vt concreditum onus suscipias, & diligenter exequaris. Dâtes tibi pro illius executione (quotiens opus fuerit) talem, & tantam auctoritatem absoluēdi, qualem & quantam nos habemus, ac omnia alia faciendi, quæ per nos facere possumus. In quorum omnium, & c.

Formæ obedientię .

35 **D**ilectis in Christo fratribus nostris N. N. expressè professis, ac sacerdotibus salutem, & itineris prosperitatem. Obedientia charissimi fratres, pluris est apud Deum, quam vniuersa holocaustomata cuius cum filij veraces & sitis, & perpetuò esse intendatis, eius virtute, ac auctoritate officij nostri mandamus vobis, atque præcipimus, vt acturi, ac mansuri eatis simul in N. prouinciam sub R. P. prouincialis, eiusdem prouinciæ regimine. In quorum fidem præsentis nostra manu propria subscriptas, minori sigillo religionis muniuimus. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

M vnus nobis concreditum (licet immeritis) exequi volentes, vobis dilectis in Christo fratribus N. N. diaconis, vel sacerdotibus professoribus nostris, ad sanctæ obedientiæ meritum assequendum expressè mandamus, atque iniungimus vt citius, quam fieri poterit, in N. prouinciam vna vos transferamini, sub cura patris prouincialis moraturi, ac Deo, & religioni (iuxta vocationem) famulaturi. In quorum, &c.

Alia ad idem.

Non te lateat mi pater, à superioribus prouidendum esse, vt singularum prouinciarum conuentibus competenti fratrum numero prouideatur, quod fieri non potest, nisi aliquando fiat ex vna prouincia in aliam, quædam mutatio: quare præsentium per tenorem, & per obedientiæ meritum tibi iniungimus, quatenus in N. prouinciã te cõferas, illic militarurus sub obedientia P. prouincialis præfatæ prouinciæ, assumpto tuæ peregrinationis comite fratre N. oblato, quem oblatû ad suam assignationem, postea reuerti volumus. In quorum, &c.

Alia forma ad idem.

Cvpientes locis, & fratribus nostris ex officio consulere, atque prouidere ad obedientiæ meritum assequendum iniungimus vobis N. N. citra omnem cunctationem, aut excusationem, vt in N. prouinciam proficiscamini sub obedientiæ iugo superioris eiusdem prouinciæ debitè famulaturi, vnde præmia æterna consequi valeatis. In quorum, &c.

Alia forma ad idem.

Veris desiderijs annuere, & salutem vestram consulere cupientes, concedimus ac ad meritum sanctae obedientiae lucrandum, vt vos vnâ, & consolabiliter in prouinciam nostram N. transferamini sub obedientia illius prouinciae P. prouincialis Deo, & salutem vestram militaturi, rogantes omnes Christi fideles, vt vos benignè hospitentur, & humaniter tractent, memores qualiter Christus ipse in membris suis pauperibus recipitur, & hospitatur, & vt his fides indubia adhibeatur nostra manu, ac officij sigillo cõmuniuimus. Datum, &c.

Alia ad idem.

Proprijs petitionibus, ac consolationibus benè cõsultum esse volentes, quæ tamen, vt vobis in obedientiae meritum profint, auctoritate officij nostri demandamus, vt vos vnâ in prouincia N. conferatis, moraturi sub regimine, & obedientia præfatae prouinciae prouincialis, rogantes Christi fideles ad quos vos pro executione præsentium diuertere contigerit, vt famulos Dei benignè vos recipiant, mercedem accepturi à Iesu Christo misericordiae exemplari, & præmiatore.

Forma obedientiae ad suscipiendos Ordines sacros.

Nos F. N. &c. Dilectis fratribus infrascriptis salutem: Excel- 36
sus Dominus militatẽ Ecclesiam pretiosorum lapidum viuorum ipsi summo angulari lapidi Christo Iesu vnitorum ornatissima varietate decoratam structura mirabili fundare disposuit, id nunc nos facere credimus, cum vobis viris boni testimonij, ad structuram sacrorum Ordinum ascendere, licentiam concedimus: Tu N. ad accolitus, tu N. ad subdiaconatus, tu N. ad diaconatus, tu N. verò ad presbyteratus Ordines, quibus lapidi Christo Iesu vniti esse possitis rogantes, quemlibet Antistitem gratiam, & communionem Apostolicam sedis habentem, ad quẽ vos diuertere contigerit, vt ea vobiscum charitate vtatur, qualis Christi fidelibus vtendum est, in quorum omnium fidem & robur, &c.

Alia forma ad idem.

NOs vt supra. Ecclesiastica Hierarchia, quæ est, vt castrorum acies ordinata, diuina ordinatione instituta in Ecclesia Catholica ex varijs ordinibus constat, vnde psalmus, attitit Regina à dextris tuis: cum igitur inter visitandum prouinciam N. nobis innotuisset, & morum vestrorum probata religiositas, & ætatis, ac scientiæ sufficientia, præsentium per tenorem vobis concedimus, vt à quocunq; Episcopo gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habente ad infra scriptos Ordines promoueri possitis, tu N. ad diaconatus, &c.

Alia forma ad idem.

CVm Dei in domo ministri quærantur, qui maiestati Diuinæ dignè, & fideliter ministrent, ideo pietate, & charitate moti, & in primis Dei zelo zelati vos fratres N. N. ad diaconatus ordinem: vosq; fratres N. N. ad sacerdotalem tanquam aptos, & idoneos, obsecrâtes propterea humiliter R. D. Episcopum N. de cuius benignitate confidimus, vt dignetur vos prædictis ordinibus decorari, & solita amplecti bonitate, quo nobis concesso strictiores remanebimus ad preces pro sua dominatione Deo fundendas. In quorum, &c.

Alia forma ad idem.

Sicut in domo Regis vasa aurea, argentea, & fictilia necessaria sunt, ita in Ecclesia Dei varia ministeria sacrorum ordinû: Quare necessitati nostrorum conuentuum benè consultum esse volètes, vos à nobis igne examinatos, tu N. ad quatuor minores, tu N. verò ad presbyteratû promoueri humiliter exposulamus à quocunq; Episcopo gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habente. In quorum fidem, &c.

Alia forma ad idem.

Reuereudissimo Domino D. Episcopo N. salutem: Quoniam Rex multiplicato fidelium sacri ministerij dispensatorum numero diuini cultus, necnon ecclesiastici status honorificentiâ crescit, ideo obnixè rogamus, vt ad presbyteratus ordinem admittere dignemini, hunc bonè spei iuuenem fratrem N. mediocri quidem literatura, sed ingenti bonorum morum probitate præditû, & no-

Formularium

& nostra cura ad maiorem disciplinarum sufficiētiam, breui promouendum. In quorum fidem, &c.

Alia forma ad idem.

NOs &c. cum inter visitandum vos sepenumero aptos, & idoneos sacris initiari inuenissemus: Idcirco presentium per tenorem volumus, vt cum primum ordinationum copia vobis adfuerit, nihil loci segnitiei relinquatur, quin ad initiandum vos iacris proficiscamini: tu N. ad primam tonsuram, tu N. verò ad Ostiariatus, tu verò ad lectoratus, tu N. ad exorcistatus, tu verò ad accolitus.

De forma recipiendi fratres apostatas, seu fugitios ad Ordinem redeuntes.

PRælatus recepturus fratres apostatas, seu fugitios, hæc per Ordinem debet obseruare, secundum ea quæ in iure reperiuntur, & alia quæ habentur in quadam bulla Reuerendissimi Cardinalis Alexandrini, qui nunc Pont. Opt. Max. viuit, & regnat, edita eo tempore, quo erat in minoribus, super declaratione cuiusdam motus proprii Pauli Papæ Quarti, editi contra fratres apostatas, acceptata à patribus capitulum Generale Ianuæ tertio celebrantibus. 37

Primò, fratres apostatæ redeuntes, (si fortè sunt bullati) sunt cogendi ad renunciandum omnibus, & singulis Apostolicis literis contra professionem eorum impetratis, præstito etiam per eos iuramento in manibus superiorum, aut eorum quibus commiserint, quod talia, aut similia impetrare vnquam attemptabunt.

Secundò, taliter recepti actiua, & passiuæ vocibus, iureque suæ primogenitura. nec non publica ad populum prædicatione, & confessionis secularium audientia priuati sunt: per nullos superiores, nec etiam per Generale, seu prouinciale capitulum rehabilitandi, donec ad minus per quadriennium bene, & laudabiliter vixerint: quo expleto, poterunt ex generalis, vel prouincialis capitulorum duarum ex tribus partium vocalium accedente cōsensu, rehabilitari, dummodo tempus, quod remanserunt extra Ordinem inter iuræ professionis annos non computetur.

Tertio, si habitum dimiserint, iunt absoluedi ab excommunicatione, quia hodie religioſus per habitus dimissionem, incurrit

incurrit excommunicationem. c. vt periculosa. n. cleri. vel mon. lib. 6. Si autem non dimiserint, non oportet, cum de iure non cauereatur, secus si aliquando statuto Religionis nostræ cauereatur, sicut est apud fratres prædicatores, & minores, ubi per eorum constitutiones, quicunque apostatauerit, siue cum habitu, siue sine habitu, ipso facto est excommunicatus: quod quidem apud nostram Religionem sanciri debet, ad præcludendum quantum fieri potest, viam apostatis, quod licite fieri potest, nam causa materialis propter quam quis licite, & iuste excommunicari potest, est peccatum mortale, in quod cum apostatantes ab ordine (salte propter rebellionem obedientiæ) incurrant. Ideo licite statuto caueri potest, quod si quis siue cum habitu, siue sine habitu apostatauerint, sint excommunicati.

Quando sunt absoluiti ab excommunicatione.

Quartò, si habitu dimisso aliquem Ordinem receperunt, incurrerunt irregularitatem, quia Ordines in excommunicatione susceperunt, & ideo prius sunt absoluedi ab excommunicatione, quam incurrerunt, propter habitus dimissionem, & postea, si visum fuerit, superiori, poterunt dispensari super irregularitatem, quam incurrerunt propter susceptionem ordinum in excommunicatione, vt habetur in c. cum illorum, de sent. excom.


Ordinatus in excommunicatione quomodo est recipiendus.

Quintò, si habitu retento quis Ordinem receperit, incurrit suspensionem ab executione dictorum Ordinum, quia ordinatus sine licentia suorum superiorum. Ipso iure est suspensus, & non potest ministrare in ordinibus sic susceptis, donec per ordinarium suum superiorem dispensetur, vt habetur in Concil. Trident. Sess. 14. cap. 2. de reformat. & ideo taliter redeuntibus, si visum fuerit superiori, poterunt dispensari, vt possint celebrare, siue ministrare in dictis ordinibus, dummodo prius nõ celebrauerint, seu ministrauerint, quia si quis antequam dispensaretur celebrasset, vel ministrasset in Ordine sine licentia suscepto, incurrit irregularitatem, quia de iure suspensus ab executione Ordinum, si antequam dispensentur, celebrent, vel ministrent, incurrunt irregularitatem. cap. 1. de re iud. s. sciturus. in 6. & ideo, si visum fuerit superiori, tales poterunt dispensari super dicta irregularitate, quam incurrerunt propter executionem Ordinum, sine licentia susceptorum antequam dispensarentur, nec obstant iura, quæ volunt tales per solum Papam posse dispensari, vt habetur in c. fin. de Apsta. quia vacant propter priuilegia, quæ hodie habent religioni.

Ordinatus sine licentia quo est recipiendus.

Sextò, Forma absoluedi ab excommunicatione talis esse potest, Ego te absoluo a vinculo excommunicationis, quam incurristi propter habitus dimissionem, vel propter fugam, quæ do statuto

Forma absoluedi ab excommunicatione.



Ab irregularitate.

statuto Religionis caueretur, vt dictum est. Forma dispensandi super irregularitate talis esse potest. Ego dispenſo tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quã, vel quas incurristi, propter susceptionem ordinum in excommunicatione, & restituc te ad actus legitimos, & quando dubium foret, debet dici si contraxisti. Forma autem absoluedi à suspensione diuinorum, talis esse potest. Ego absoluo te à vinculo suspensionis, quam incurristi propter susceptionum ordinum sine licētia tui superioris, & restituo te executioni ordinū, & officiorum tuorum. Et nota hic per ea, quæ Dom. Archiepif. in tertia parte. num. 26. s. fi. vult, quod quamuis consuetum sit, & conueniens cum irregularibus, seu suspensis prædictis verbis dispensare, tamen si aliqui superiores facerent aliquem irregularem, seu suspensum celebrare, seu ministrare in officio suo, intendentes cum eo dispensare, licet non dixerint illa verba, de facto dispensant, & valet dispensatio.

A suspensione.

Nota.

Septimò debet ei imponi præfata poenitentia, vt supra dictum est: & si quæ esset alia imponenda, secundum ipsius Ordinis regularia statuta.

De intellectu Vicariæ auctoritatis.

DE auctoritate, & potestate Vicariorum quorumcunque, siue sint Generales, siue particulares hæc volunt iura, quod Vicarius quicumque ille sit, tantam habet potestatem, quantam potest, & vult sibi dare ille, qui facit eum Vicarium: quia cum potestas delegata sit stricti iuris, id solum potest delegatus, quod est sibi commissum secundum Gloss. in cap. solet. de senten. excommunicata. in 6. quod si ex literis patet, standum est illi, si verò non patet, & est Vicarius in aliqua causa particulari, tunc de illa, & de his sine quibus non potest eam perficere, se potest impedire, & non plus, si verò est Generalis commissio etiam dicendo, vt possit omnia, quæ ipse posset, non exprimendo aliquid, quod requirat, speciale mandatum, etiam si dicat, si requireret speciale mandatum: sequuta clausula generali dicendo, & omnia alia, quæ per nos possumus, etiam si exigerent speciale mādaturum, tunc quamuis habeat ordinariam potestatem, tamen non poterit ea, quæ requirunt speciale mandatum, argumen. cap. quid agendum. de procurat. in 6. si verò exprimat aliquid, quod requirit speciale mandatum sequuta clausula generali, dicendo, & omnia alia, quæ per nos possumus, etiam si exigerent speciale mandatum, tunc poterit omnia, quæ posset instituens, ordinaria potestate vide Glossam finalem, in cap. 2. de officio Vicarij in 6. aliàs per clausulas

las Generales tantummodo non veniunt ea quæ verifi-
 non esset quis in specie concessurus c. finali, eod. tit in 6 Hæc au-
 tem vt habetur in d. c. 2. & c. finali sunt, quæ requirunt speciale
 mandatum scilicet inquirere, corrigere, deponere, subditorum
 excessus punire, conferre beneficia, dare literas comendatitias ad
 Ordines: Ex quibus omnibus clarissimè patet, vt probat bona
 Glo. in d. c. finali, in verbo committantur, quòd quando in com-
 missione Vicarij Generalis, siue alterius, cuiuscunque sit, cum
 eadem sit ratio, non exprimitur, aliquod de istis, quod requirit
 speciale mandatum, etiam si in commissione contineatur clau-
 sula Generalis, non intelligitur posse illa exercere, nisi specialiter
 committantur, propterea per fratres prædicatores, in quodam
 eorum capitulo generali, vt habetur in eorum constitutionibus,
 dist. 2. c. 1. fuit declaratũ, quòd Vicarij magistri Ordinis, vel prio-
 rum prouincialium, non possunt, nec debent se de visitandis, vel
 ordinandis Monasterijs quouis modo intromittere, nisi in eorũ
 literis hoc specialiter sit expressum. Hæc etiam videri possunt,
 Tab. in verbo Vicarius. s. 6. Armil. eodem verbo. s. 8. & 9.

Hæc dixisse volui, vt superiores prælati in constituendis sibi
 Vicarijs, animaduertant in formando illis commissionem.

FINIS FORMVLARIL



SEQVITVR TABVLA FORMVLARII,

CVM IIS OMNIBVS, QVÆ IN
eo continentur : quorum seriem , secundum or-
dinem arithmetticum, facilem annota-
tam , inuenies .

- F**ORMA absolutionis in
mortis articulo, vide post
Bullas immediatè .
- 1 Forma literarum electionis
Prouincialis . fol. 1
- 2 Forma cõfirmandi Prouin-
ciale . fol. 1
- 3 Forma literarum exhortan-
di Prouinciale , ad exe-
cutionem sui officij quã-
do mittitur sibi confirma-
tio . f. 3
- 4 Forma literarũ vicarij Pro-
uinciae, electi propter obi-
tum Prouincialis . fol. 4
- 5 Forma confirmandi vicariũ
prouincię , propter obitũ
Prouincialis . fol. 4
- 6 Forma instituēdi vicarium
prouincię , loco depositi
Prouincialis . fol. 5
- 7 Forma instituendi visitato-
rem Generalem, in aliqua
prouincia . fol. 6
- 8 Forma instituendi visitato-
rem in aliqua prouincia,
propter rumorẽ alicuius
malę famę auditę, contra
Prouinciale . fol. 7
- 9 Forma instituendi visitato-
rem, ad clamorem aliquo-
rum . fol. 7
- 10 Forma instituēdi Vicarium
Generalem in aliqua pro-
uincia, pro emergentibus,
negotijs, debite terminã-
dis . fol. 8
- 11 Forma instituendi præsidẽ-
tem , per patrem Genera-
lem, in aliquo cap. Prouin-
ciali celebrando . fol. 9
- 12 Forma instituendi præsidẽ-
tem in capitulo Prouin-
ciali, quando proprius Pro-
uincialis, ibid. adesse non
posset . fol. 10
- 13 Forma instituendi Præsi-
dentem in capitulo Genera-
li, quando P. Generalis
ad illud accedere non pos-
set . fol. 10
- 14 Forma instituendi delega-
tum in capitulo Generali,
quando P. Prouincialis ad
illud accedere non posset .
fol. 11
- 15 Forma instituendi Vicariũ,
super tota prouincia per
decessum P. Prouincialis
ad capitulum Generale ,
vel alibi . fol. 11
- 16 Forma confirmandi zelo-
sum

- | | | |
|----|---|---|
| | sum. fol. 12 | nis. fol. 18 |
| 17 | Forma instituendi zelosum loco defuncti. fol. 13 | 27 Forma instituendi lectorē principalem in aliquo cōuentu. fol. 19 |
| 18 | Forma instituendi zelosum in Vicarium Italiæ. fol. 14 | 28 Forma instituendi prædicatorem. fol. 19 |
| 19 | Forma literarum electionis Correctoris Romani mittendarum ad P. Gener. pro confirmatione. fol. 15 | 29 Forma mittendi prædicatorem. fol. 20 |
| 20 | Forma confirmandi, correctorem electum in conuētu Romano. fol. 15 | 30 Forma dispensandi illegitimè natos fratres profesos. fol. 20 |
| 21 | Forma literarum electionis commissorum prouincię, mittendarum ad capitulū Generale. fol. 16 | 31 Forma eximēdi impotentē ab officijs Ordinis. fol. 21 |
| 22 | Forma literarum electionis conuentalis discreti, mittendarum ad cap. Prouinciale. fol. 16 | 32 Forma liberandi ab infamia eum, qui se purgauit. f. 21 |
| 23 | Forma excusatoria capituli localis, non potentis eligere discretum, per penuriā fratrum, siue per discordiam. fol. 16 | 33 Forma restituendi ad gratias Ordinis, quibus propter delicta quis erat priuatus. fol. 21 |
| 24 | Forma instituendi conseruatore[m] Ordinis. fol. 17 | 34 Forma instituendi Confessorem monialium. fol. 21 |
| 25 | Forma instituendi procuratores. fol. 17 | 35 Forma obedientiæ ad proficiscendum de prouincia in prouinciam. fol. 22 |
| 26 | Forma recipiendi diuersas personas, ad participationem beneficiorum, Ordinis. fol. 17 | 36 Forma obedientię ad suscipiendos Ordines sacros. fol. 22 |
| | | 37 Forma recipiendi fratres apostatas, seu fugitiuos ad Ordinem redeuntes. f. 23 |
| | | 38 De intellectu vicarię auctoritatis. fol. 24 |

TABVLAE FORMVLARII, FINIS.

